REGVLA
S.[MI] PATRIS NOSTRI BENEDICTI,

AC DECLARATIONES EIVSDEM IVXTA CONSTITVTIONES GONGREG. MONTISVIRGINIS,

EX PRAECEPTO SANCTISS. D.N.D. Clementis Diuina prouidentia PAPAE OCTAVI.



NEAPOLI,
Apud Io. Iacobum Carlinum, M.D.IC.

DILECTIS IN DOMINO FILIIS ABBATIBVS, PRIORIBVS, ET MONACHIS CONGREGATIONIS MONTIS VIRGINIS.

DON SEVERVS DE SOLOFRA eiuſdem Congregationis, humilis Generalis Abbas ſalutem, & paternam benedictionem.

CVM ex varia, multipliciq; Conſtitutionum forma, nō idem ſæpe, ſed varium, informe, ac perturbatum viuēdi inſtitutum oriri compertum ſit. Præſertim verò apud nos ob multas Ordinationes, pluribus iam Congregationibus editas non parua ſit orta confuſio. Sanctiſsimus in Chriſto Pater, & D.N. Clemens Diuina prouiden-

tia Papa VIII. cæleſti edoctus lumine, ardētiq; noſtræ ſalutis deſiderio motus, haſce Conſtitutiones, earumq; Declarationes, iuxta Sanctiſsimi P.N. Benedicti Regulam, promulgādas ſtatuit, Motuq; proprio confirmauit, & eas cæteris omnibus abolitis, à noſtræ Congregationis Monachis perpetuò ſeruari iuſsit. Nos igitur, quibus, vt rectè, ſanctèq; viuendi Methodi conſtitutæ executioni mandentur, maximè curæ eſſe debet, ipſas Conſtitutiones iam editas, et ab eodem Sanctiſsimo D.N. cōfirmatas, publicæ Monachorum noſtrorum commoditati cōſulentes, curauimus prælo mandari. Veſtræ nunc erunt partes, Dilectiſsimi in Domino filij, eas pro viribus (Deo adiuuāte) ſanctè, religioſèq; ſeruare. Curent itaq; Prælati, & ſumma animi diligentia elaborent, vt ſeruentur ab omnibus, ita enim fiet, vt, & Congregationis bonum proficiat in dies, et pœnis, quæ tranſgreſſoribus proponuntur, nullus multetur, ſed ſupremæ, perfectæque felicitatis præmia nunquam deſitura, quiſque conſequatur. Valete in Domino. Datum in Monaſterio Montisuirginis de Monte 7. Kal. Septembris 1599.

4b91

CLEMENS PP. VIII.

AD Perpetuam rei memoriam. Inter grauiſſimas curas, quibus aſſidue premimur de ſtatu quoque Religioſorum feliciter dirigendo aſſidue cogitamus, & ea, quæ pro eorūdem Religioſorum proſpero regimine mandato noſtro prouide ſtatuta ſunt, vt perpetuo, ac inuiolate obſeruentur, Apoſtolicę firmitatis robore cōmunimus prout in Domino ſalubriter coſpicimus expedire. Alias ſiquidem cum ex dilectorum filiorum Viſitatorū Apoſtolicorum Congregationis Montis Virginis ordinis Sancti Benedicti relatione accepiſſemus, quod licet alias mandato fel. re. Pij Papæ Quinti prædeceſſoris noſtri quædam ſtatuta, & conſtitutiones, ſeu ordinationes in prædicta Congregatione Mōtis Virginis, per illius Religioſos perpetuò obſeruandæ per tres S. R. E. Cardinales ab ipſo Pio prædeceſſore tunc deputatos æditæ, & per ipſum Pium prædeceſſorem Motu proprio cum clauſula ſublata, & Decreto irritanti confirmatæ fuiſſent, prout in eiuſdem Pij prędeceſſoris literis ſub datum Anno Incarnationis Dominicæ 1566. quinto Kal. Martij Pōtificatus ſui Anno ſecundo plenius continetur: ex quibus tamen ſtatutis, & ordinationibus. Poſtea per ipſummet Pium, nec non etiam per fel. me. Gregorium xiij. & Sixtum Quintum, etiam prædeceſſores noſtros multa ſublata fuerūt. Nihilominus ex multiplicitate, & diuerſitate tam prædictorum, quam aliorū prædictæ Congregationis ſtatutorum, ſeu Cōſtitutionum, & ordinationum magna in prædicta Congregatione confuſio generari videbatur, ac pro ipſius Congregationis, & illius Monachorum quiete, & monaſticæ diſciplinæ obſeruantia maximè expediebat nouam ſtatutorum huiuſmodi normam ad pręſcriptū Regulæ S. Benedicti illis conſtitui. Nos ſalubri dictæ Congregationis directioni, ac regimini pro noſtra Paſtorali ſol-

licitudine quantum in Domino poteramus proſpicere cupientes, matura præhabita conſideratione nonnulla ſtatuta, & ordinationes, & declarationes iuxta dictam Regulam Sancti Benedicti in eadem Congregatione, per illius Religioſos perpetuò obſeruandas per venerabilem fratrem Bernardinum Epiſcopum Auerſanum Prælatũ Viſitationis noſtræ Apoſtolicæ, ac Ioannem Leonardium Viſitatorem Apoſtolicum prædictæ Congregationis à nobis deputatum de nouo fieri, & cum Dilecto filio Hieronymo Peruſino dictæ Congregationis Abb: Generali, nonnulliſq; alijs dictę Cõgregationis patribus participari mandauimus. Quare volentes, vt huiuſmodi noua ſtatuta, Conſtitutiones, & Declarationes, quæ etiam per venerabiles fratres noſtros Ptolomæum Epiſcopum Tuſculanum Cardinalem Comen. eiuſdem Congregationis Protectorem, ac S. R. E. Cardinales ſuper negotijs, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium Deputatos iuſſu, ac mandato noſtro diligenter viſæ, examinatæ, & approbatæ fuerunt ab ipſis Religioſis, vt in Monaſticæ diſciplinæ obſeruantia, vt decet, conformes exiſtant, & de cætero certam Regulæ normã habentes ſub ſuaui Religionis iugo gratum altiſſimo famulatũ exibeant perpetuò, ac inuiolatè obſeruentur. Motu proprio non ad ipſorum monachorum, aut aliorum pro eis nobis, ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera deliberatione, ac ex certa ſcientia noſtra, deq; Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine cætera omnia antiqua ipſius Congregationis ſtatuta, Conſtitutiones, & ordinationes, præſertim prædicta iuſſu Pij prædeceſſoris edita, & ab ipſo Pio prædeceſſore confirmata, & ipſius Pij Quinti prędeceſſoris literas cum omnibus in eis contentis, quæ omnia præſentibus pro expreſſis haberi volumus auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuò abrogamus, ac prædicta noua ſtatuta, Conſtitutiones, & Declarationes iuſſu noſtro edita, eadem auctoritate, & tenore præſentium perpetuò confirmamus, & approbamus, ac in prædicta Congregatione Montis Virginis ab illius Generali, ac alijs Abbatibus, monachis, & religioſis vniuerſis, prout quempiam illorum concernunt, perpetuò obſeruari debere ſtatuimus, & ordinamus. Mandantes

propte-

propterea in virtute ſanctæ obedientiæ prædictis Generali, alijſq; Abbatibus monachis, & religioſis quibuſcunq; nūc, & pro tempore exiſtentibus, vt noſtra ſtatuta ordinationes, & declarationes huiuſmodi cæteris antiquis per nos abrogatis prætermiſſis, deinceps in perpetuum obſeruent, & obſeruari curent, & faciant. Decernentes præſentes literas de ſubreptionis, aut obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut alio quoſcunq; defectu notari, impugnari, redargui, aut quouis modo infringi, annullari, vel retractari nullatenus poſſe. Sicque ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his, à quocunque quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa venerabili fratri noſtro Ptolomeo Epiſcopo Tuſculañ. Cardinali Comenſi nuncupato moderno, & pro tempore exiſtenti dictæ Congregationis apud nos Protectori, vt præſentes literas, & in eis contenta quæcunque vbi, & quando opus fuerit per ſe, vel alium ſolenniter publicari faciat, authoritate noſtra ſupradicta noua ſtatuta ordinationes, & declarationes in prædicta Congregatione perpetuò inuiolatè obſeruari. Contradictores quoſcunque, & præmiſſis non parentes, per cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas aliaq; opportuna iuris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtañ. prædictis Pij Quinti, & alijs quibuſcunq; prædictæ Congregationis ſtatutis, & ordinationibus, conſtitutionibus, & conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis. Nec non quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis Priuilegijs quoq; indultis prædicti Pij Quinti, ac alijs literis Apoſtolicis eidem Congregationi, illiuſque Generali, & alijs Abbatibus monachis, & religioſis, ſeu quibuſuis alijs in contrarium præmiſſorum, quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, non autem per clauſulas generales idem

impor-

importantes mentio, ſeu quauis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi ad verbum insererētur præſentibus pro expreſſis habentes hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. Datū Romæ apud Sanctū Petrum ſub annulo Piſcatoris, Die 8. Martij. MDXCVIIII. Pont. noſtri anno octauo.

M. Veſtrius Barbianus.

PRAEFATIO.

CVM ad monaſticam vitam, & Sanctiſſimi Patris noſtri Benedicti Regulam, quam profeſſi ſumus obſeruandam omnia ſic diſponere oporteat, vt animæ ſaluētur, & monachi quod faciunt abſq; murmuratione faciant, Abbasq; Generalis; & cæteri Prælati animarum ſibi commiſſarum ſaluti conſulentes, ſic debeant omnia prouidè moderari, vt ferentes in dies magis, ac magis proficiant, & debiles retro aſpicientes non deterreantur ob operis æſtimati magnitudinem, aut aſperitatem. Propterea Apoſtolica auctoritate ſuffulti, quædam ipſius Regulæ dubia declarabimus, quæ aſpera, & dura videntur modificando, multasq; viuendi methodos componendo, vt vnus atque vniformis ſit noſtræ Congregationis ceremoniarum vſus.

PROLOGVS REGVLÆ SANCTISSIMI Patris noſtri Benedicti Abbatis, eximij Confeſſoris, ac Patris Monachorum.

AVSCVLTA ò fili præcepta magiſtri: & inclina aurem cordis tui, & admonitionem pij patris libenter excipe: & efficaciter comple: vt ad eum per obediētiæ laborem redeas; à quo per inobedientiæ deſidiam receſſeras. Ad te ergo nūc meus ſermo dirigitur; quiſquis abrenuncians proprijs voluntatibus, Domino Ieſu Chriſto vero Regi militaturus, obedientiæ fortiſſima, atq; præclara arma aſſumis. In primis, vt quicquid agendum inchoas boni, ab eo perfici inſtantiſſima oratione depoſcas. Vt qui nos iam in filiorum dignatus eſt numero

mero computare, non debeat aliquando, de malis actibus noſtris contriſtari. Ita enim ei omni tempore de bonis ſuis in nobis parendum eſt, vt non ſolum vt iratus pater ſuos non aliquando filios exhæredet: ſed nec vt metuendus Dominus, irritatus malis noſtris, vt nequiſſimos ſeruos perpetuam tradat ad pœnam: qui eum noluerint ſequi ad gloriam.

R*Eſurgamus ergo tandem aliquando, excitante nos ſcriptura, ac dicente. Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. Et apertis oculis noſtris, ad deificum lumẽ attonitis auribus audiamus, diuina quotidie clamans, quid nos amoneat vox dicens. Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra. Et iterum. Qui habet aures audiendi audiat, quid Spiritus dicat Eccleſijs. Et quid dicit? Venite filij audite me, timorem Domini docebo vos. Currite dum lumen vitæ habetis, ne tenebræ mortis vos comprehendant. Et quærens Dominus in multitudine populi ſui, cui hæc clamat, operarium ſuum, iterum dicit. Quis eſt homo qui vult vitam, & cupit dies videre bonos? Quod ſi tu audiens reſpondeas: ego: dicit tibi Deus. Si vis habere veram, & perpetuam vitam, prohibe linguam tuam à malo; & labia tua ne loquantur dolum: diuerte à malo, & fac bonum: inquire pacem, & ſequere eam. Et cum hæc feceritis, oculi mei ſuper vos: & aures meæ ad preces veſtras. Et antequam me inuocetis, dicam, ecce adſum. Quid dulcius nobis hac voce Domini inuitantis nos fratres chariſſimi? Ecce pietate ſua demonſtrat nobis Dominus viam vitæ.*

S*Vccinctis ergo fide, vel obſeruantia bonorum actuum, lumbis noſtris; & calciatis, in præparatione Euangelij pacis pedibus; pergamus itinera eius, vt mereamur eum, qui nos vocauit, in regno ſuo videre. In cuius regni tabernaculo ſi volumus habitare, niſi illuc bonis actibus currendo, minimè peruenitur. Sed interrogemus cũ Propheta Dominum dicentes ei. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? Poſt hanc interrogationem fratres audiamus Dominum reſpondentem, & oſtendentem nobis viam ipſius tabernaculi, & dicentem Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam. Qui loquitur veritatem in corde ſuo: qui non egit dolum in lingua ſua: qui non fecit proximo ſuo malum. & opprobrium non accipit aduerſus proximum ſuum. Qui malignum diabolum, aliqua ſuadentem ſibi, cum ipſa ſuaſione ſua à conſpectibus cordis ſui reſpuens deduxit ad nihilum: & paruulos cogitatus eius tenuit, & alliſit ad Chriſtum.*

Qui

QVi timent Dominum, de bona obſeruantia ſua non ſe reddunt elatos, ſed ipſa in ſe bona, non à ſe poſſe, ſed à Domino fieri exiſtimantes, operantem in ſe Dominum magnificant, illud cum Propheta dicentes. Non nobis Domine non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Sicut nec Paulus Apoſtolus de prædicatione ſua ſibi aliquid imputauit, dicens: Gratia Dei ſum, id quod ſum. Et iterum ipſe dicit: Qui gloriatur, in Domino glorietur: Vnde & Dominus in Euangelio ait: Qui audit verba mea hæc, & facit ea, ſimilabo eum viro ſapienti, qui ædificauit domum ſupra petram, venerunt flumina, flauerunt venti, & impegerunt in domum illam, & non cecidit: quia fundata erat ſupra petram. Hæc complens, Dominus expectat quotidie his ſuis ſanctis monitis, factis nos reſpondere debere. Ideo nobis, propter emendationem malorũ huius vitæ, dies ad inducias relaxantur, dicente Apoſtolo: An neſcis quia patientia Dei ad pœnitentiam te adducit? Nam pius Dominus dicit: Nolo mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur, & viuat. Cum ergo interrogaſſemus Dominum fratres de habitatore tabernaculi eius audiuimus habitandi præceptum: Sed ſi compleamus habitatoris officium, erimus hæredes regni cœlorum.

ERgo præparanda ſunt corda noſtra, & corpora ſanctæ præceptorum obedientiæ militatura: & quod minus habet in nobis natura poſſibile, rogemus Dominum, vt gratiæ ſuæ iubeat nobis adiutorium miniſtrare. Et ſi fugientes gehennæ pœnas, ad vitam volumus peruenire perpetuam: dum adhuc vacat, & in hoc corpore ſumus: & hæc omnia per hanc lucis vitam vacat implere, currendum, & agendum eſt modò, quod in perpetuum nobis expediat. Cõſtituenda eſt ergo à nobis, dominici ſcola ſeruitij, in qua inſtitutione, nihil aſperum, nihilq; graue nos conſtituturos ſperamus. Sed, & ſi quid paululum reſtrictius, dicente æquitatis ratione, propter emendationem vitiorum, vel conſeruationem charitatis proceſſerit: non ilico pauore perterritus, refugias viam ſalutis: quæ non eſt niſi anguſto initio incipienda. Proceſſu verò conuerſationis, & fidei, dilatato corde, inenarrabili dilectionis dulcedine, curritur via mandatorum Dei. Vt ab ipſius nunquam magiſterio diſcedentes, in eius doctrina vſque ad mortem, in monaſterio perſeuerantes, paſſionibus Chriſti per patientiam participemus vt regni eius mereamur eſſe conſortes. Amen.

INCI-

INCIPIT REGVLA EIVSDEM de generibus, & vita Monachorum. Cap. I.

MONACHORVM quatuor eſſe genera manifeſtum eſt. Primum Cœnobitarum; hoc eſt monaſteriale militans ſub Regula, vel Abbate. Deinde ſecundum genus eſt Anachoritarum, ideſt heremitarum. Horum qui non conuerſionis feruore nouitio, ſed monaſterij probatione diuturna didicerunt contrà diabolum multorum ſolatio iam docti pugnare, & bene inſtructi, fraterna ex acie, ad ſingularem pugnam heremi, ſecuri iam ſine conſolatione alterius, ſola manu vel brachio, contra vitia carnis, vel cogitationum Deo auxiliante pugnare ſufficiunt. Tertium verò Monachorum teterrimum genus eſt Sarabaitarum, qui nulla Regula approbati, experientia magiſtra, ſicut aurum fornacis: ſed in plumbi natura molliti adhuc operibus, ſeruantes ſeculo fidem, mentiri Deo per tonſuram noſcuntur. Qui bini, aut terni, aut certe ſinguli, ſine paſtore, non dominicis, ſed ſuis incluſi ouilibus, pro lege eis eſt deſideriorum voluptas. Cum quicquid putauerint, vel elegerint, hoc dicunt ſanctum: & quod noluerint, hoc putant non licere. Quartum verò genus eſt Monachorum, quod nominatur Gyrouagum, qui tota vita ſua per diuerſas prouincias, ternis, aut quaternis diebus, per diuerſorum cellas hoſpitantur. Semper vagi, & nunquam ſtabiles, & proprijs voluptatibus, & gulæ illecebris ſeruientes: & per omnia deteriores Sarabaitis. De quorum omnium horum miſerrima conuerſatione, melius eſt ſilere, quàm loqui. His ergo omiſſis ad Cœnobitarum fortiſſimum genus diſponendum adiuuante Domino veniamus.

Qualis debeat eſſe Abbas. Cap. II.

ABBAS qui præeſſe dignus eſt monaſterio, ſemper meminiſſe debet quod dicitur: & nomen maioris, factis implere. Chriſti enim agere vices in monaſterio creditur quando ipſius vocatur prænomine. Dicente Apoſtolo: Accepiſtis Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus abba pater. Ideoq; Abbas nihil extra præceptum Domini

Domini (quod abſit) debet docere, aut conſtituere, aut iubere. Sed iuſſio eius, vel doctrina fermentnm diuinæ iuſtitiæ in diſcipulorum mentibus conſpergatur: Memor ſit ſemper abbas quia doctrinæ ſuæ, vel diſcipulorum obedientiæ, vtrarumq; rerum in tremendo iudicio Dei facienda erit diſcuſſio. Sciatq; abbas culpæ paſtoris incũbere quicquid in ouibus pater familias vtilitatis minus potuerit inuenire. Tantum iterum liber erit, ſi inquieto, vel inobedienti gregi paſtoris fuerit omnis diligentia attributa, & morbidis earũ actibus, vniuerſa fuerit cura exhibita, paſtor earum in iudicio domini abſolutus, dicat cum propheta domino. Iuſtitiam tuam non abſcondi in corde meo, veri- Pſal. 38.
tatem tuam, & ſalutare tuum dixi: ipſi autem contemnentes ſpreuerunt me. Et tunc demum inobedientibus curæ ſuæ ouibus pæna ſit eis præualens ipſa mors.

CVm ergo aliquis ſuſcipit nomen abbatis duplici debet doctrina, ſuis præceſſe diſcipulis, ideſt omnia bona, & ſancta, factis amplius quam verbis oſtendere. Vt capacibus diſcipulis mandata domini verbis proponat. Duris vero corde, & ſimplicioribus factis diuina præcepta demonſtret. Omnia verò quæ diſcipulis docuerit eſſe contraria in ſuis factis, indicet non 1. Cor. 9.
agenda: ne alijs prædicans ipſe reprobus inueniatur. Ne quando illi dicat Deus peccanti: quare tu enarras iuſtitias meas, & Pſal. 49.
aſſumis teſtamentum meum per os tuum? Tu vero odiſti diſciplinam, & proieciſti ſermones meos poſt te. Et qui in fratris tui oculo feſtucam videbas in tuo trabem non vidiſti. Matt. 5.
Non ab eo perſona in monaſterio diſcernatur. Non vnus plus ametur quam alius, niſi quem in bonis actibus, aut obedientia inuenerit meliorem. Non præponatur ingenuus ex ſeruitio conuertenti, niſi aliqua rationabilis cauſa exiſtat. Quod ſi ita, iuſtitia dictante abbati viſum fuerit de cuiuslibet ordine id faciat, ſin alias propria teneant loca. Quia ſiue ſeruus, ſiue liber, omnes in Chriſto vnum ſumus, & ſub vno domino æqualem ſeruitutis militiam baiulamus. Quia non eſt apud Deum perſonarum acceptio: ſolummodo in hac parte apud ipſum diſcernimur ſi meliores ab alijs in operibus bonis, & humiles inueniamur.

ERgo equalis ſit omnibus ab eo caritas, vna præbeatur omnibus ſecundum merita diſciplina. In doctrina namq; ſua abbas apoſtolicam debet illam ſemper formam ſeruare in qua

dicit, Argue obſecra, increpa, ideſt miſcens temporibus tempora, terroribus blandimenta, dirum magiſtri pium patris oſtendat affectum, ideſt indiſciplinatos, & inquietos debet durius arguere. Obedientes autem, & mites, & patientes, vt in melius proficiat obſecrare. Negligentes autem & contemnentes vt increpet, & corripiat ammonemus. Neq; diſſimulet peccata delinqueutium: ſed mox vt cæperint oriri radicitus ea, vt præualet
1. Reg. 4. *amputet, memor periculi hely ſacerdotis de ſylo. Et honeſtiores quidem, atque intelligibiles animos prima, vel ſecunda admonitione verbis corripiat. Improbos autem, & duros, ac ſuperbos, vel inobedientes, verberum, vel corporis caſtigatione, in ipſo initio peccati choerceat. Sciēs ſcriptum: Stultus verbis non cor-*
Prou. 23. *rigitur. Et iterum, Percute filium tuum virga, & liberabis animam eius à morte.*

MEminiſſe debet ſemper abbas, quod eſt meminiſſe quod dicitur, & ſcire, quia cui plus cōmittitur plus ab eo exigitur. Sciatq; quam difficilem, & arduam rem ſuſceperit, regere animas & multorum ſeruire moribus. Et alium quidem blandimentis: Alium vero increpationibus: Alium ſuaſionibus, & ſecundum vniuſcuiuſque qualitatem, vel intelligentiam, ita ſe omnibus conformet, & aptet. Vt non ſolum detrimenta gregis ſibi commiſſi, non patiatur: verumetiam in augmētatione boni gregis gaudeat. Ante omnia ne diſſimulans, aut paruipendens ſalutem animarum ſibi commiſſarum plus gerat ſollicitudinem de rebus tranſitorys, atque terrenis, & caducis, ſed ſemper cogitet, quia animas ſuſcepit regendas, de quibus, & rationem redditurus eſt. Et ne cauſetur de minori forte ſubſtantia, me-
Matt. 26. *minerit ſcriptum. Primum quærite regnum Dei, & iuſtitiam*
Pſal. 33. *eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Et iterum, nihil deeſt timentibus eum. Sciatq; quia qui ſuſcipit animas regendas, præparet ſe ad rationem reddēdam. Et quantum ſub cura ſua fratrum ſe habere ſcierit numerum agnoſcat pro certo quia in die iudicij ipſarum omnium animarum eſt redditurus domino rationem, ſine dubio additam, & ſuæ animæ. Et ita timens ſemper futuram diſcuſſionem paſtoris de creditis ſibi ouibus, cum de alienis ratiocinijs cauet, redditur de ſuis ſollicitus. Et cum de admonitionibus ſuis emendationem alijs ſubminiſtrat, ipſe efficitur à vitijs emendatus.*

De

De adhibendis ad conſilium fratribus. Cap. III.

Q VOTIENS aliqua præcipua agenda ſunt in monaſterio, conuocet abbas omnem congregationem, & dicat ipſe vnde agitur. Et audiẽs conſilium fratrum, tractet apud ſe prudenter, & quod vtilius iudicauerit faciat. Ideo autem omnes ad conſilium vocari diximus, quia ſæpe iuniori dominus reuelat, quod melius eſt. Sic autẽ dent fratres conſilium, cum omni humilitatis ſubiectione, vt non præſumant procaciter defendere, quod eis viſum fuerit, ſed magis in abbatis pendeat arbitrio, & quod ſalubrius eſſe iudicauerit ei cuncti obediant. Sed ſicut diſcipulis conuenit obedire magiſtro, ita & ipſum prouide, & iuſte condecet cuncta diſponere. In omnibus igitur, omnes magiſtram ſequantur regulam, neque ab ea temere declinetur à quoquam.

DECLARATIO.

PRohibetur omnino ne quis audeat, ea quæ in Capitulis tractata fuerint, aut alia quæcumq; intra Monaſterium à patribus fiunt, ex quorum reuelatione damnum, ſiue ſcandalum oriri poteſt, cuiuſmodi erunt, ſi cui fratri pœnitentia iniungeretur, vel ageretur de rebus, lites concernentibus, & huiuſmodi, reuelare: Pro hac in obedientia, qui deprehenſus fuerit, dicat culpam ſuam in Capitulo coram omnibus, ſemel in pane, & aqua ieiunet in terra, in refettorio, & priuetur voce actiua, & paſſiua in Capitulo per ſex menſes.

Non ſunt reuelanda, quæ intra monaſteriũ à Patrib. decernũtur.

DIVISIO.

NVllus in monaſterio proprij ſequatur cordis voluntatem. Neque præſumat quiſquam cum abbate ſuo proterue, intus, aut foris monaſterium contendere. Quod ſi præſumpſerit regulari diſciplinæ ſubiaceat. Ipſe tamen abbas cum timore Dei, & obſeruatione regulæ omnia faciat. Sciens ſe proculdubio de omnibus iudicijs ſuis, equiſſimo iudici Deo, rationem redditurum. Si qua verò minora agenda ſunt in monaſterij vtilitatibus, ſeniorum tantum vtatur conſilio: Sicut ſcriptum eſt. Omnia fac cum conſilio & poſt factum non pœnitebis.

DECLARATIO.

Seniores monaſterij qui ſit & quæ p ipſos, & prælatos agi poſſint.

SEniores monaſteriorum ſunt Decani Magiſtri nouitiorum, Cellararij, & lectores. Vbi vero non ſunt Magiſtri nouitiorum aduocentur loco eorum, Primicerius, & Sacriſta: cum quibus ſolis Prælati Monaſteriorũ negotia ſuis monaſterijs per Capitulum Generale, aut alias vnitorum, ſiue applicatorum occurrentia in temporalibus, & ſpiritualibus liberè expedire poſſint, etiam ſi eorum adminiſtrationes datæ fuerint Abbatibus, & Conuentibus, quibus vnita, & applicata fuerint grauiora tamen ſemper ad Capituli Generalis conſultationem, & iudicium conferri debebunt: Niſi eſſet negotium, quod dilationem non pateretur, quo caſu Generalem Abbatem, & Diffinitores conſulant.

Quæ ſunt inſtrumenta bonorum operum. Cap. IIII.

IN primis Dominum Deum diligere ex toto corde tota anima, tota virtute. Deinde proximum tanquam ſeipſum. Deinde non occidere, non adulterare, non facere furtum, non concupiſcere, non falſum teſtimonium facere. Honorare omnes homines, & quod ſibi fieri quis non vult alij ne faciat. Abnegare ſemetipſum ſibi vt ſequatur Chriſtum. Corpus caſtigare. Delitias nõ amplecti. Ieiuniũ amare. Pauperes recreare. Nudum veſtire. Infirmum viſitare. Mortuum ſepelire. In tribulatione ſubuenire. Dolentem conſolari. A ſæculi actibus ſe facere alienum. Nihil amori Chriſti præponere. Iram non perficere. Iracundiæ tempus non reſeruare. Dolum in corde non tenere. Pacem falſam non dare. Caritatẽ non derelinquere. Non iurare omnino ne forte periuret. Veritatem ex corde, & ore proferre. Malum pro malo non reddere. Iniuriam non facere, ſed & factam patienter ſufferre. Inimicos diligere. Maledicentes ſe non remaledicere, ſed magis benedicere. Perſecutionem propter iuſtitiam ſuſtinere. Non eſſe ſuperbum. Non vinolentum. Non multum edacem. Non ſomnolentum. Non pigrum, non murmuroſum. Non detractorem. Spem ſuam Deo committere, bonum aliquod in ſe cum viderit, Deo applicet non ſibi. Malum vero ſemper à ſe factum ſciat, & ſibi reputet. Diem iudicij timere, gehennam expaueſcere. Vitam æternam

Mar. 12. Exod. 20. Matt. 25.

nam omni concupiſcentia ſpirituali deſiderare. Mortem quotidie ante oculos ſuſpectam habere. Actus vitæ ſuæ omni hora cuſtodire. In omni loco, Deum ſe reſpicere pro certo ſcire. Cogitationes malas cordi ſuo aduenientes, mox ad Chriſtum allidere, & ſeniori ſpirituali pateſacere.

OS ſuum à malo vel prauo eloquio cuſtodire. Multum loqui, non amare. Verba vana, aut riſui apta non loqui. Riſum multum, aut exceſſum non amare. Lectiones ſanctas libenter audire. Orationi frequenter incumbere. Mala præterita cum lachrymis, vel gemitu quotidie in oratione Deo confiteri. De ipſis malis de cætero emendare. Deſideria carnis non perficere. Voluntatem propriam odire. Præceptis abbatis in omnibus obedire etiam ſi ipſe (quod abſit) aliter agat. Memor illius dominici præcepti. Quæ dicunt facite quæ autem faciunt facere nolite. Mar.23. *Non velle dici ſanctum antequam ſit, ſed prius eſſe quo verius dicatur. Præcepta Dei factis quotidie adimplere. Caſtitatem amare. Nullum odire. Zelum & inuidiam non habere. Contentionem non amare. Elationem fugere. Seniores venerari. Iuniores diligere in Chriſti amore. Pro inimicis orare. Cum diſcordantibus ante ſolis occaſum in pacem redire. Et de Dei miſericordia nunquam deſperare. Ecce hæc ſunt inſtrumenta artis ſpiritualis: quæ cum fuerint à nobis die, noctuque inceſſabiliter adimpleta, & in die iudicij reconſignata, illa merces nobis à domino recompenſabitur, quam ipſe promiſit. Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ* 1.Cor.2. *præparauit Deus his qui diligunt eum: Officina vero vbi hæc omnia diligenter operemur clauſtra ſunt monaſterij, & ſtabilitas in congregatione.*

De obedientia diſcipulorum. Cap. V.

PRIMVS humilitatis gradus eſt, obedientia ſine mora. Hæc conuenit his qui nihil ſibi Chriſto carius exiſtimant propter ſeruitiũ ſanctum, quod profeſſi ſunt, ſeu propter metum gehennæ, vel gloriam vitæ æternæ, mox vt aliquid imperatum à maiore fuerit, ac ſi diuinitus imperetur moram pati neſciunt in faciendo. De quibus dominus dicit. In auditu auris obedi-

obediuit mihi. Et item dicit doctoribus. Qui vos audit, me audit. Ergo hi tales relinquentes ſtatim quæ ſua ſunt, & voluntatem propriam deſerentes, mox ex occupatis manibus, & quod agebant imperfectum relinquentes, vicino obedientiæ pede iubentis vocem factis ſequuntur. Et velut vno momento prædicta magiſtri iuſſio, & perfecta diſcipuli opera, in velocitate timoris Dei ambæ res communiter citius explicantur, quibus ad vitam æternam gradiendi amor incumbit. Ideo anguſtam viam arripiũt vnde Dominus dicit. Anguſta via eſt quæ ducit ad vitam, vt non ſuo arbitrio viuentes, vel deſiderijs ſuis, & voluptatibus obedientes, ſcilicet ambulantes alieno iudicio, & imperio in cœnobijs degentes, abbatem ſibi præeſſe deſiderant. Sine dubio hi tales illam domini imitantur ſententiam, qua dicit. Non veni facere volũtatem meam, ſed eius qui miſit me. Sed hæc ipſa obedientia tunc acceptabilis erit Deo, & dulcis hominibus; ſi quod iubetur non trepide, non tardè, non tepide, aut cum murmure, vel cum reſponſo nolentis efficiatur. Quia obedientia quæ
Luc. 10. *maioribus præbetur, Deo exhibetur. Ipſe enim dixit. Qui vos audit: me audit. Et cum bono animo à diſcipulis præberi oportet,*
2. Cor. 9. *quia hilarem datorem diligit Deus. Nam cum malo animo ſi obedit diſcipulus, & non ſolum ore verum etiam in corde ſi murmurauerit, & ſi impleat iuſſionem, tamen acceptum iam non erit Deo, qui cor reſpicit murmurantis. Et pro tali facto nullam conſequitur gratiam immo pœnam murmurantium incurrit ſi non cum ſatisfattione emendauerit.*

De taciturnitate. Cap. VI.

Pſal. 38. T*ACIAMVS quod ait propheta. Dixi cuſtodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Poſui ori meo cuſtodiam. Obmutui & humiliatus ſum: & ſilui à bonis. Hic oſtendit propheta ſi à bonis eloquijs interdum propter taciturnitatem debet taceri, quanto magis à malis verbis propter pœnam peccati debet ceſſari: Ergo quamuis de bonis, & ſanctis, & ædificationum eloquijs, perfectis diſcipulis propter taciturnitatis grauitatem rara loquendi concedatur licentia, quia ſcri-*
Prou. 10. *ptum eſt. In multiloquio non effugies peccatum. Et alibi: mors*

&

& vita in manibus linguæ. Nam loqui & docere magiſtrum condecet, tacere & audire diſcipulo conuenit. Et ideo ſi quæ requirenda ſunt à priore, cum omni humilitate, & ſubiectione, & reuerentia requirantur, ne videatur plus loqui, quam expedit. Scurilitates verò vel verba ocioſa, & riſum mouentia, æterna clauſura in omnibus locis dãnamus, & ad tale eloquium diſcipulum aperire os, non permittimus. Prou. 18.

DECLARATIO.

1 HAc Patris noſtri horribili ſentẽtia commoniti, præcipimus omnium Monaſteriorum Prælatis, vt hanc Regulæ partem integræ obſeruari curent, & pro transgreſſoribus graues pœnas conſtituant. Ad tollendas ergo leuitates, & ſcurilitatum occaſiones, caueant in Monaſterijs alere aues, catellos, aut alia animalia ad iocum, & leuitatem prouocantia, Qui contrafecerit, ſi fuerit Superior, poſt vnam, & alteram correctionem, remaneat ſuſpenſus ab officio arbitrio viſitatorum: Si fuerit ſubditus puniatur arbitrio Superioris Monaſterij. Quæ animalia nõ ſunt nutrienda.

2 Prohibemus etiam omne ludi genus Religioſis minimè cõueniens, tam intus, quam extra Monaſterinm, vana ſpettacula, choreas, omnem habitus transformationem, ac ludibria omnia. Fratres verò, nec in fluminibus, nec in mari, ſe lauandi cauſa dimittant habitum. Quibus ludi generibus ludendum, aliјſq; cauendum.

3 Prælati, & alij Superiores non concedant ſolatia, aut recreationes in Quadageſima, & Aduẽtu, quia illls temporibus prophanum eſt talia permittere: alijs vero temporibus alternis hebdomadibus permittere poſſint. Recreationes qñ concedẽdæ.

4 Conuenientibus ergo fratribus in recreationibus, tam intra, quam extra Monaſteria, quomodocunque, caueant à diſſolutionibus, à manuum iniectione, vel impulſione; cum huiuſmodi ioci honeſtati religionis minimè cõueniant. Eorum ergo recreationes ſint honeſtæ, & modeſtæ, quæ potius recreent quam eneruent. Contrafacientes ieiunent ſemel in pane, & aqua in terra, in refettorio, toties, quoties: Propterea Prælati, & Superiores interſint huiuſmodi recreationibus, vel eorum aliquis.

5 Nullus fratrum audeat extra Monaſterium dormire, etiam cauſa colligendi fruges, vindemias, aut alia, niſi de licentia Abbatis Generalis, qui eam non concedat niſi vrgenti cauſa: Cellararij verò, conuerſi, aut alij ad prædicta deputati, dormiant in locis honeſtis, & minime ſuſpectis, & à Superiore probatis. Quibus extra monaſteriũ dormire liceat.

De

De Humilitate. Cap. VII.

CLAMAT nobis ſcriptura diuina fratres di-
Matt. 25 *cens. Omnis qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur. Cum hæc ergo dicit, oſtẽdit nobis omnem exaltationem, genus eſſe ſuperbiæ. Quod ſe cauere propheta indicat dicens.*
Pſal. 130. *Domine, non eſt exaltatum cor meum: neque elati ſunt oculi mei. Neque ambulaui in magnis: neque in mirabilibus ſuper me. Sed quid? Si humiliter ſentiebam: ſed exaltaui animam meam. Sicut ablactatus ſuper matrem ſuam: ita retribues in animam meã. Vnde fratres ſi ſummæ humilitatis culmen volumus attingere: & ad exaltationem illam cæleſtem ad quam per præſentis vitæ humilitatem aſcẽditur, volumus velociter peruenire, actibus noſtris aſcendentibus, ſcala illa erigenda eſt, quæ in ſomno Iacob apparuit, per quam ei deſcendentes Angeli, & aſcendentes*
Gen. 28. *moſtrabantur. Non aliud ſine dubio deſcenſus ille, & aſcenſus à nobis intelligitur, niſi exaltatione deſcendere, & humilitate aſcendere. Scala vero ipſa erecta, noſtra eſt vita in ſæculo, quæ humiliato corde à Domino erigitur ad cælum. Latera enim eiuſdem ſcalæ dicimus noſtrum eſſe corpus, & animam, in quibus diuerſos gradus humilitatis, vel diſciplinæ vocatio diuina aſcendendos inſeruit.*

¶ Primus gradus humilitatis.

PRimus itaq; gradus humilitatis eſt ſi timorem Dei ſibi ante oculos ſemper ponens obliuionem omnino fugiat. Et ſemper ſit memor omnium quæ præcepit Deus. Et qualiter contemnentes Deum, in gehennam pro peccatis incidunt, & vitam æternam quæ timentibus Deum præparata eſt, animo ſuo ſemper reuoluat. Et cuſtodiens ſe omni hora à peccatis, & vitijs, ideſt cogitationũ, linguæ, oculorum, manuum, pedum, vel voluntatis propriæ, ſed & deſideria carnis amputare feſtinet. Eſtimet ſe homo de cælis à Deo ſemper reſpici omni hora, & facta ſua in omni loco ab aſpectu diuinitatis videri, & ab Angelis, omni hora Deo nunciari. Demonſtrat nobis hoc propheta: Cum in cogitationibus noſtris ita Deum ſemper præſentem

ſentem oſtendit dicens. Scrutans corda & renes Deus. Et item Pſal.7.
Dominus nouit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt. Et
item dicit. Intellexiſti cogitationes meas à longe. Et quia cogi- Pſal. 138.
tatio hominis confitebitur tibi. Nam vt ſollicitus ſit circa cogi-
tationes ſuas peruerſas, dicat ſemper humilis frater in corde ſuo.
Tunc ero immaculatus coram eo, ſi obſeruauero me ab iniquita-
te mea. Voluntatem vero propriam ita facere prohibemur, cum
dicit ſcriptura nobis, & à voluntatibus tuis auertere. Et item
rogamus Deum in oratione, vt fiat illius voluntas in nobis.

DOcemur ergo merito noſtram non facere voluntatem, cũ
cauemus illud, quod dicit ſcriptura. Sunt viæ quæ viden- Prou. 14.
tur hominibus recte, quarum finis vſq; ad profundum inferni
demergit. Et cum cauemus illud quod de negligentibus dictum
eſt. Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in voluntatibus Pſal.13.
ſuis. In deſiderijs vero carnis, ita nobis Deum credamus ſem-
per eſſe præſentem, cum dicit propheta domino. Ante te omne Pſal.37.
deſiderium meum. Cauendum ergo eſt ideo malum deſiderium:
quia mors ſecus introitũ delectationis poſita eſt. Vnde ſcriptu-
ra præcipit dicens, poſt concupiſcentias tuas non eas. Ergo ſi
oculi domini ſpeculantur bonos & malos: & dominus de cælo
ſemper reſpicit ſuper filios hominum: vt videat ſi eſt intelligẽs:
aut requirens Deum: Et ab angelis deputatis nobis quotidie
die noctuq; domino factori noſtro opera noſtra nunciantur. Ca-
uendum eſt ergo omni hora fratres ſicut dicit in pſalmo prophe-
ta. Ne nos declinantes in malum: & inutiles factos aliqua hora
aſpiciat Deus. Et parcendo nobis in hoc tempore: quia pius eſt,
& expectat nos conuerti in melius ne dicat nobis in futuro, hæc
feciſti, & tacui.

SEcundus humilitatis gradus eſt, ſi propriã quis non amans
voluntatem, deſideria ſua nõ delectetur implere. Sed vocem
illam domini imitetur dicentis. Non veni facere voluntatem
meam, ſed eius qui me miſit. Item dicit ſcriptura. Voluntas ha-
bet pœnam, & neceſſitas parit coronam.

TErtius humilitatis gradus eſt, vt quis pro Dei amore
omni obedientia ſe ſubdat maiori, imitans dominum de
quo dicit Apoſtolus: factus obediens vſque ad mortem. Paul.c.2.

QVartus humilitatis gradus eſt, ſi in ipſa obedientia duris
& contrarijs rebus, vel etiam quibuslibet irrogatis iniu-

Matt. 24. rijs tacita conſcientia patientiam amplectatur: & ſuſtinens nõ laſſeſcat vel diſcedat dicente ſcriptura: qui perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit. Item. confortetur cor tuum, & ſuſtine

Pſal. 26. dominum. Et oſtendens fidelem pro domino vniuerſa etiam contraria ſuſtinere debere, dicit ex perſona ſufferentium, pro-

Pſal. 43. pter te morte afficimur, tota die æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. Et ſecuri de ſpe retributionis diuinæ, ſubſequuntur gaudentes & dicentes, ſed in his omnibus ſuperamus propter eum

Pſal. 65. qui dilexit nos. Et item alio loco ſcriptura. Probaſti nos inquit Deus igne nos examinaſti ſicut examinatur argentum. Induxiſti nos in laqueum poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro. Et vt oſtendat ſub priore debere nos eſſe ſubſequitur dicens. Impoſuiſti homines ſuper capita noſtra. Sed & præceptum domini in aduerſis, & in iniurijs per patiētiam adimplentes, qui percuſſi

Luc. 6. in maxillam, præbent & aliam, auferenti tunicam dimittunt, & pallium: Angariati mille paſſus vadunt & duo, & cum

Cor. 4. Paulo Apoſtolo falſos fratres ſuſtinent, & perſecutiones ſuſtinent, & maledicentes ſe benedicunt.

QVintus humilitatis gradus eſt, ſi omnes cogitationes malas cordi ſuo aduenientes, vel mala à ſe abſconſe commiſſa per humilem confeſſionem abbati nõ celauerit ſuo, hortatur nos

Pſal 36. de hac re ſcriptura dicens: Reuela domino viam tuam & ſpera

Pſal. 105. in eo. Et item dicit. Confitemini domino quoniam bonus, quo-

Pſal. 31. niam in ſæculum miſericordia eius. Et item propheta. Delictum meum cognitum tibi feci, & iniuſtitias meas non operui. Dixi pronunciabo aduerſum me iniuſtitias meas domino, & tu remiſiſti impietatem cordis mei.

SExtus humilitatis gradus eſt, ſi omni vilitate, vel extremitate contentus ſit monachus, & ad omnia quæ ſibi iniungi-

Pſal. 62. tur, velut operarium ſe malum iudicet, & indignum. Dicens cũ propheta. Ad nihilum redactus ſum & neſciui, vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum.

SEptimus humilitatis gradus eſt, ſi omnibus ſe inferiorem & viliorem non ſolum ſua lingua pronunciet, ſed etiam intimo cordis credat affectu humilians ſe, & dicens cum prophe-

Pſal. 21. ta. Ego autem ſum vermis & non homo opprobrium hominum,

Pſal. 87. & abiectio plebis. Exaltatus ſum & humiliatus & cõfuſus. Et

Pſal. 118. item. Bonum mihi quod humiliaſti me: vt diſcam mandata tua.

Octa-

Octauus humilitatis gradus eſt, ſi nihil agat monachus niſi quod communis monaſterij regula, vel maiorũ cohortantur exempla.

Nonus humilitatis gradus eſt, ſi linguam ad loquendum prohibeat monachus, & taciturnitatem habens vſque ad
interrogationem non loquatur: Monſtrante ſcriptura quia in Prou. 10.
multiloquio non effugietur peccatum, & quia vir linguoſus nõ Pſal. 139.
dirigetur ſuper terram.

Decimus humilitatis gradus eſt, ſi non ſit facilis, ac prõptus
in riſu. Quia ſcriptũ eſt: Stultus in riſu exaltat vocẽ ſuam. Eccl. 21.

Undecimus humilitatis gradus eſt, ſi cum loquitur monachus leniter, & ſine riſu: Humiliter cum grauitate, vel pauca verba, & rationabilia loquatur, & non ſit clamoſus in voce ſicut ſcriptum eſt. Sapiens verbis innoteſcit paucis.

Duodecimus humilitatis gradus eſt, ſi non ſolum corde monachus, ſed etiam corpore humilitatem videntibus ſe ſemper indicet, id eſt in opere, in monaſterio, in oratorio, in orto, in via, in agro, vel vbicunque ſedens, ambulans, vel ſtans inclinato ſit ſemper capite. Defixis in terram aſpectibus reum ſe omni hora de peccatis ſuis exiſtimans, iam ſe tremendo iudicio Dei præſentari exiſtimet. Dicens ſibi ſemper illud qood publicanus
ille euangelicus fixis in terram oculis dixit. Domine non ſum Luc. 18.
dignus ego peccator leuare oculos meos ad cælum. Et iterum cũ
propheta. Incuruatus ſum, & humiliatus ſum vſquequaque. Pſal. 37.
Ergo his omnibus humilitatis gradibus aſcenſis monachus, mox ad charitatem Dei perueniet illam, quæ perfecta foras mittit timorem, per quam vniuerſa quæ prius non ſine formidine obſeruabat, abſque vllo labore, vel vt naturaliter ex conſuetudine incipiet cuſtodire. Nõ iam timore gehennæ, ſed amore Chriſti, & conſuetudine ipſa bona, & delectatione virtutum, quæ dominus iam in operarium ſuum mundum à vitijs, & peccatis ſpiritu ſancto dignabitur demonſtrare.

DECLARATIO.

AD ſeruandam humilitatis cuſtodiam, ſtatuimus, vt in poſterum nullus magiſterij priuilegio decoretur: quod ſi quis præſumpſerit, tādiu degradatus poſt omnes profeſſos ſedeat, quouſq; Abbas Generalis, & Diffinitores ſatisfactum fuiſſe iudicauerint; priuilegioq; priuetur.

De diuinis officijs in noctibus. Cap. VIII.

HYEMIS tempore, ideſt à Kalendis Nouembris vſque ad Paſcha iuxta cõſiderationem rationis octaua hora noctis ſurgendum eſt, vt modice amplius de media nocte pauſetur, & iam digeſti ſurgant. Quod vero reſtat vigilias à fratribus qui pſalterij, vel lectionum aliquid indigent meditationi inſeruiatur.

DECLARATIO.

1 CIRCA ordinem diuini officij, ſeruetur ordo Breuiarij, in quo cuncta, ad diuinum officium pertinentia continentur. Quia verò inter virtutes potiſſimas, maximè commendatur diſcretio, propterea aduertant Prælati, vt ita temperetur hora, diuinorum officiorum, vt non ſcandelizentur, ſed edificentur fratres, & ad matutinum digeſti ſurgant. Arbitramur ergo ſatis conſuli omni naturæ, ſi octo horæ à tempore comeſtionis ſecundæ menſæ, vſque ad horam matutinam concedantur pro dormitione. Ideo à Regula non recedendo, ordinamus, vt cum cænatur, tranſacto ad minus vnius horæ ſpatio, pulſetur pro dormitione, vt à fine ſecundæ menſæ, ſiue cæna, ſiue ientaculum ſit, adminus octo horarum ſpatium concedatur vſq; ad nocturnalem ſynaxim. Sint autem ſolliciti Prælati, ac Decani, ſeu Vicarij, quod pulſata dormitione fratres, per dimidiæ horæ ſpatium ad cellas ſe recipiant, ac dormitum eant: alioquin (legitimo ceſſante impedimento) dicant culpam ſuam in Capitulo, & ſemel, & iterum pro hac corripiantur, & ſi non emendauerint, etiam pœna addatur, ſeueriorique correctioni ſubdantur.

Quando ad matutinum ſurgendum.

Dormitionis nocturnæ tẽpus.

2 Reliquarum horarum diſpoſitio, in arbitrio ſit Prælatorum habita tamen locorum, ieiuniorum, temporum, & perſonarum ratione. Curent autem Prælati, vt quantum fieri poteſt, in totius Congregationis Monaſterijs, vniformitas ſeruetur. Et propterea in vnoquoque Monaſterio tabella diſtinctionis horarum conſtituatur. Completorium verò ab octaua Paſchæ, vſque ad Calendas Octobris, poſt cœnam pulſetur, & mentali oratione finita omnes in cellis ſe recipiant.

Tabella diſtinctionis horarum.

DIVISIO.

A Paſcha autem vſq; ad ſupradictas Kalendas Nouembris, ſic temperetur hora vigiliarum agenda, vt paruiſſimo interuallo

teruallo quo fratres ad neceſſaria naturæ exeant cuſtodito mox matutini qui incipiente luce agendi ſunt ſubſequantur.

DECLARATIO.

1 A FESTO Sanctiſſimi Patris noſtri Benedicti, à quo incipit tempus æſtatis ſecundum regulã permittitur fratribus dormire in meridie, vſque ad vigiliam Sanctæ Crucis de menſe Septembris quo tempore ceſſandum eſt à dormitione meridiana. Meridiana dormitio quando.

2 Tempore dormitionis meridianæ, qui dormire noluerit obſeruet ſilentium in cella, nec illo tempore vagetur per Monaſterium, nec in alijs exercitijs occupent ſe fratres, ne inquietentur quieſcentes: pœna mediæ culpæ puniendi qui contrafecerint. Poſt dormitionem pulſetur, & dicatur nona.

3 Ab octaua Reſurrectionis Domini, vſq; ad Kalendas Octobris nocturnũ, & laudes Beatæ Virginis non dicantur in choro, ob noctium breuitatem, ſed in alio decenti loco, vt officium ordinarium, moroſius, & deuotius dicatur; quod obſeruandum quoq; erit, in omnibus feſtis duodecim lectionum totius anni, propter officiorum prolixitatem, reliquæ vero horæ dicantur. A kalendis autem Octobris vſque ad feſtum Purificationis, nocturnum, & laudes dicantur in choro: horæ vero ob dierum breuitatem, in alio decenti loco perſoluantur vt ſupra. Diſpoſitio pſallẽdi B.virg. Mariæ.

Quot Pſalmi dicendi ſunt in nocturnis horis.

Cap. IX.

HYEMIS tempore, præmiſſo in primis verſu. Deus in adiutorium meum intente: domine ad adiuuandum me feſtina: in ſecundo ter dicendum eſt: Domine labia mea aperies, & os meum annũciabit laudem tuam. Cui ſubiungendus eſt tertius Pſalmus, & gloria. Poſt hunc, Pſalmus nonageſimus quartus: cũ antiphona, aut certe decantãdus. Inde ſequatur ambroſianum. Deinde ſex Pſalmi cum antiphonis. Quibus dictis, dicto verſu, benedicat abbas. Et ſedẽtibus omnibus in ſcamnis legantur viciſſim à fratribus in codice ſuper analogium tres lectiones, inter quas tria reſponſoria canantur, duo reſponſoria ſine gloria dicantur.

cantur. Poſt tertiam vero lectionem, qui cantat dicat gloriam. Quam dũ incipit cantor dicere, mox omnes de ſedilibus ſurgant ob honorem, & reuerentiam ſanctæ Trinitatis. Codices autem legantur in vigilijs diuinæ auctoritatis, tam veteris teſtamenti, quam noui. Sed & expoſitiones earum, quæ à nominatiſſimis, & orthodoxis, catholicisque patribus factæ ſunt. Poſt has vero tres lectiones cum reſponſorijs ſuis, ſequantur reliqui ſex Pſalmi cum alleluia canendi. Poſt hos lectio Apoſtoli ſequatur, ex corde recitanda, & verſus, & ſupplicatio litaniæ, id eſt Kyrie eleiſon, & ſic finiantur vigiliæ nocturnæ.

Qualiter æſtatis tempore nocturna laus agatur. Cap. X.

A PASCHA autem vſque ad Kalendas Nouembris, omnis vt ſupra dictum eſt Pſalmo diæ quantitas teneatur, excepto quod lectiones in codice propter breuitatem noctium minime legantur, ſed pro ipſis tribus lectionibus vna de veteri teſtamento memoriter dicatur, quam breue reſponſorium ſubſequatur, & reliqua omnia vt ſupra dictum eſt, impleantur, id eſt vt nunquam minus à duodecim Pſalmorum quantitate ad vigilias nocturnas dicatur, exceptis tertio, & nonageſimo quarto pſalmo.

Qualiter dominicis diebus vigiliæ agantur. Cap. XI.

DOMINICO die temporius ſurgatur ad vigilias, in quibus vigilijs teneatur menſura, id eſt modulatis vt ſupra diſpoſuimus ſex Pſalmis, & verſu, reſidentibus cũctis diſpoſite, & per ordinem in ſubſelijs legantur in codice, vt ſupra diximus, quatuor lectiones cum reſponſorijs ſuis, vbi tantum in reſponſorio quarto dicatur à cantante gloria. Quam dum incipit mox omnes

omnes cum reuerentia ſurgant. Poſt quas lectiones ſequantur ex ordine alij ſex Pſalmi cũ antiphonis ſicut anteriores, & verſus, poſt quos iterum legantur aliæ quatuor lectiones cũ reſponſorijs ſuis, ordine quo ſupra. Poſt quas iterum dicantur tria cãtica de prophetis, quæ inſtituerit abbas, quæ cantica cum alleluia pſallantur. Dicto etiam verſu, & benedicente abbate, legantur aliæ quatuor lectiones de nouo teſtamento ordine quo ſupra. Poſt quartum vero reſponſorium incipiat abbas hymnum Te Deum laudamus. Quo dicto legat abbas lectionem de euangelio cum honore, & tremore ſtantibus omnibus. Qua perlecta, reſpondeant omnes Amen. Et ſubſequatur mox abbas hymn. Te decet laus. Et data benedictione incipiant matutinos: Qui ordo vigiliarum, omni tempore tam æſtatis, quam hyemis equaliter in die dominico teneatur, niſi forte (quod abſit) tardius ſurgatur, quia tunc aliquid de lectionibus breuiandũ eſt, aut reſponſorijs, quod tamen omnino caueatur ne proueniat. Quod ſi contigerit, digne inde ſatisfaciat in oratorio, per cuius euenerit neglectum.

Quomodo matutinorum ſolemnitas agatur. Cap. XII.

IN matutinis dominico die in primis dicatur ſexageſimus ſextus Pſalmus ſine antiphona indirectũ. Poſt quem dicatur quinquageſimus Pſalmus cum allel. Poſt quem dicatur centeſimus ſeptimus decimus, & ſexageſimus ſecundus; deinde benedictiones, & laudes, lectio de Apocalypſi vna ex corde, & reſponſorium, & ambroſianum, & verſus, & canticum de Euangelio litaniæ, & completum eſt.

Qualiter priuatis diebus matutini agantur. Cap. XIII.

DIEBVS autem priuatis matutinorum ſolemnitas ita agatur. Ideſt ſexageſimus ſextus Pſal. dicatur ſine antiphona, indirectum ſubtrahẽdo modice ſicut dominica, vt omnes occurrant ad quinquageſimum qui cum antiphona dicatur.

Per

Poſt quem alij duo pſalmi dicantur ſecundum conſuetudinem, ideſt ſecunda feria quintus, & trigeſimus quintus. Tertia feria quadrageſimus ſecundus, & quinquageſimus ſextus. Quarta feria ſexageſimus tertius, & ſexageſimus quartus. Quinta feria octuageſimus ſeptimus, & octuageſimus nonus. Sexta feria ſeptuageſimus quintus, & nonageſimus primus. Sabbato autem centeſimus quadrageſimus ſecundus, & canticum deutronomij, quod diuidatur in duas glorias. Nam cæteris diebus canticum vnumquodque die ſuo ex prophetis, ſicut pſallit Eccleſia Romana dicatur. Poſt hæc ſequantur laudes, deinde lectio vna Apoſtoli, memoriter recitanda. Reſponſorium ambroſianũ, verſus, canticum de Euangelio, litaniæ, & completum eſt. Plane agenda matutina, vel veſpertina nõ tranſeat aliquando niſi in vltimo per ordinem oratio dominica omnibus audientibus dicatur à priore propter ſcandalorum ſpinas, quæ oriri ſolent, vt conuenti per ipſius orationis ſponſionem quam dicunt dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, purgent ſe ab huiuſmodi vitio. Cæteris vero agendis vltima pars eius orationis dicatur, vt ab omnibus reſpondeatur: Sed libera nos à malo.

In natalitijs Sanctorum qualiter vigiliæ agantur. Cap. XIIII.

IN ſanctorum vero feſtiuitatibus, vel omnibus ſolemnitatibus ſicut diximus dominico die agendum ita agatur: Excepto quòd Pſalmi, aut antiphonæ, vel lectiones ad ipſum diem pertinentes dicantur, modus autem ſupradictus teneatur.

DECLARATIO.

1 PER totam Congregationem, quando ſuffragia cõmunia dicẽda ſunt, vt in Breuiario, fiat in vnoquoque monaſterio commemoratio de Sancto, vel Sancta cuius vocabulo eius Eccleſia dedicata eſt.

2 Feſtum Sanctiſſimi Patris noſtri Guhelmi noſtræ Cõgregationis fundatoris, quod celebratur 25. die Iunij, & Sanctiſſimi Patris noſtri Benedicti, quod celebratur 21. die Martij,

Martij, ſolemne habeatur, ita vt à fratribus, famulis, & laborantibus ab operibus ceſſari in illis diebus mandetur.

Alleluia quibus temporibus dicatur. Cap. XV.

A SANCTO Paſca, vſque ad Pentecoſten ſine intermiſſione dicatur alleluia, tam in Pſalmis, quam in reſponſorijs. A Penthecoſte autem vſque ad caput quadrageſimæ, omnibus noctibus cum ſex poſterioribus Pſalmis tantum, ad nocturnos dicatur: Omni vero dominica extra quadrageſimam, cantica matutini, Prima, tertia, ſexta, nonaque cum alleluia dicantur: veſpera vero cum antiphonis. Reſponſoria vero nunquan dicantur cum alleluia, niſi à Paſca vſq; ad Penthecoſten.

Qualiter diuina opera per diem agantur. Cap. XVI.

VT ait propheta, ſepties in die laudem dixi tibi. Pſal. 118.
Qui ſeptenarius ſacratus numerus à nobis ſic implebitur: ſi matutini, Primæ, tertiæ, ſextæ, & nonæ, veſperi, completorijque tẽpore noſtræ ſeruitutis officia perſoluamus, quia de his horis dixit propheta: Septies in die laudem dixi tibi. Nam de nocturnis vigilijs, idem ipſe propheta ait: Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi: Ergo his Ibidem.
temporibus referamus laudes creatori noſtro, ſuper iudicia iuſtitiæ ſuæ, id eſt matutinis, Prima, tertia, ſexta, noua, veſpera, completorio, & nocte ſurgamus ad confitendum ei.

Quod Pſalmi per eaſdem horas dicendi ſunt. Cap. XVII.

IAM de nocturnis, vel matutinis digeſſimus ordinem pſalmodiæ, nunc de ſequentibus horis videamur: Prima hora dicantur Pſalmi tres ſigillatim, & non ſub vna gloria; hymnus eiuſdem horæ, poſt verſum Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me feſtina, antequam Pſalmi incipiantur. Poſt expletionem vero trium Pſalmorum, recitetur lectio vna, verſus, Kyrie eleiſon, & miſſæ ſint. Tertia vero, ſexta, & nona eodem ordine celebrētur, ideſt verſus, hymni earundem hararum, Terni pſalmi, lectio, & verſus, Kyrie eleiſon, & miſſæ ſint: Si maior congregatio fuerit cum antiphonis: ſi vero minor in directo pſallatnur: Veſpertina autem ſinaxis quatuor pſalmis, cum antiphonis terminetur. Poſt quos pſalmos, lectio recitanda eſt: Inde reſponſorium, ambroſianum, verſus, canticum de euangelio, litania, & oratio dominica, & fiant miſſæ: Completorium autem trium pſalmorum dictione terminetur: Qui pſalmi directanei, ſine antiphona dicēdi ſunt. Poſt quos hymnus eiuſdem horæ, lectio vna, verſus, Kyrie eleiſon, & benedictio, & miſſæ fiant.

DECLARATIO ibi Prima hora.

1 TEmpore Quadrageſimæ iuxta antiquam cōſuetudinem, Prima terminetur cum oratione Domine Deus pater omnipotens, & hora tertia pulſetur campana Capituli, & congregatis fratribus in Capitulo, legatur aliqua pars Regulæ, & facto ſigno à Superiore, legatur Martyrologium, & dicatur Precioſa cum ſequentibus, & abſoluto Capitulo, vt in Breuiario, proceſſionaliter eatur ad chorum pronunciando Pſalm. Verba mea, & De profundis cum oratione Deus veniæ largitor pro defunctis fratribus familiaribus, & benefactoribus noſtræ Congregationis, deinde celebretur tertia.

Quadrageſima, hora tertiæ, in capitulo cō gregētur fratres.

Ibi, *& benedictio.*

2 ISta benedictio datur à Superiore, & ſufficiat pro fratribus præſentibus, & abſentibus, ita quod non ſit, etiam abſentibus pro dormi-

dormitione aliam benedictionem petere. Propterea curent omnes (niſi aduerſa valetudine cogantur) benedictioni intereſſe.

3 Nouitij vero, & iuniores profeſſi, pro ipſa benedictione ſuos magiſtros ad cellam adeant, quos hortamur à magiſtro expediri.

4 Fiat etiam poſt completorium à Superiore, cum aqua benedicta aſperſio, dicendo Aſperges, &c. quo repetito dicatur pſal. De profundis cum orationibus, Deus qui inter Apoſtolicos, &c. Pro Papa Vrbano quarto, & alijs Summis Pontificibus, benefactoribus Congregationis, & Deus veniæ largitor, & Fidelium.

Aſperſio aquæ benedictæ poſt completoriū à Superiore fiat.

De ordine pſallendi. Cap. XVIII.

IN primis ſemper diurnis horis, dicatur verſus: Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me feſtina, & gloria. Inde hymnus vniuſcuiuſq; horæ. Deinde prima hora dominica dicenda quatuor capitula, pſalmi centeſimi octaui decimi. Reliquis vero horis, ideſt Tertia, ſexta, nona, terna capitula ſupradicti pſalmi centeſimi octaui decimi dicantur. Ad primam autem ſecūdæ feriæ dicantur tres pſalmi, ideſt primus, ſecundus, & ſextus, & ita per ſingulos dies ad primam, vſque ad dominicam, dicantur per ordinem terni pſalmi, vſque ad nonum decimum pſalmum. Ita ſanè, vt nonus pſalmus, & ſeptimus decimus partiantur in binas glorias: & ſic fiat, vt ad vigilias, dominica ſemper à vigeſimo incipiatur. Ad tertiam verò, ſextam, & nonam ſecundæ feriæ, nouem capitula quæ reſidua ſunt de centeſimo octauo decimo pſalmo, ipſa terna capitula per eaſdem horas dicantur: Expenſo ergo pſalmo centeſimo octauo decimo, duobus diebus, ideſt dominico, & ſecunda feria. Tertia feria, iam ad tertiam, ſextam, vel nonam pſallantur terni pſalmi, à centeſimo nono decimo, vſq; ad centeſimum vigeſimum ſeptimum, ideſt pſalmi nouem. Quique pſalmi ſemper vſque ad dominicam per eaſdem horas indè repetantur: Hymnorum nihilominus lectionum, vel verſuum diſpoſitione vniformi cunctis diebus ſeruata, & ita ſcilicet vt ſemper dominica à centeſimo octauo decimo incipiatur.

VEſpera autem quotidiè quatuor pſalmorum modulatione canatur. Qui pſalmi incipiantur à centeſimo nono,

vſque ad centeſimum quadrageſimum ſeptimum: exceptis his, qui diuerſis horis ex eis ſequeſtrantur, id eſt à centeſimo decimo ſeptimo, vſque ad centeſimum vigeſimum ſeptimum, & centeſimo trigeſimo tertio, & centeſimo quadrageſimo ſecundo: Reliqui omnes, in veſpera dicendi ſunt. Et quia minus veniũt tres Pſalmi, ideo diuidendi ſunt, qui in numero ſupradicto fortiores inueniuntur, id eſt centeſimus trigeſimus octauus, & centeſimus quadrageſimus tertius, cẽteſimus quadrageſimus quartus. Centeſimus vero ſextus decimus, quia paruus eſt, cum centeſimo quinto decimo coniugatur: Digeſto ergo ordine pſalmorum veſpertinorum, reliqua, id eſt lectiones, reſponſoria, hymni, verſus, vel cantica, ſicut ſupra taxauimus, impleantur: Ad completorium verò quotidiè idem pſalmi repetantur, id eſt quartus, nonageſimus, & centeſimus trigeſimus tertius.

DIſpoſito ordine pſalmodiæ diurnæ, reliqui omnes pſalmi, qui ſuperſunt æqualiter diuidantur in ſeptem noctium vigilias partiendo, ſcilicet qui inter eos prolixiores ſunt pſalmi, & duodecim per vnamquamq; conſtituantur noctem: Hoc præcipuè conmonentes, vt ſi cui ſi forte hæc diſtributio pſalmorum diſplicuerit ordinet, ſi melius aliter iudicauerit, dummodo omnimodis id attendatur, vt omni hebdomada pſalterium, ex integro numero centum quinquaginta pſalmorum, pſallatur. Et dominico die ſemper à capite repetatur ad vigilias: quia nimis iners deuotionis ſuæ ſeruitium oſtendunt monachi, qui minus Pſalterio, cum canticis conſuetudinarijs per ſeptimanæ circulũ pſallunt: cum legamus ſanctos patres noſtros vno die hoc ſtrenue impleſſe, quod nos tepidi, vtinam ſeptimana integra perſoluamus.

De diſciplina pſallendi. Cap. XIX.

VBIQVE credimus diuinam eſſe præſentiã, & oculos domini in omni loco ſpeculari bonos, & malos: Maxime tamen hoc, ſine aliqua dubitatione credimus, cum ad opus diuinum aſſiſtimus: Ideo ſemper memores ſimus quod ait propheta. Seruite domino in Pſal.2.
timore, & iterum, pſallite ſapienter, & in conſpectu angelorũ

pſallam

pſallam tibi: Ergo conſideremus qualiter oporteat nos in conſpectu diuinitatis, & Angelorum eſſe, & ſic ſtemus ad pſallendum, vt mens noſtra concordet voci noſtræ.

DECLARATIO.

1 STatuimus, vt pſalatur alta voce, pari, & ſonora, verba non protrahendo, incipiatur verſus, & terminetur pũctus bonus, bona pauſa interponatur in medio cuiuslibet verſus, & vocibus non parcatur.

2 Præcipitur omnibus monachis, & maxime Eccleſiarum Prælatis, quando legitimo impedimento non fuerint impediti, vt diuinum officium ſollicitè, & diligenter perſoluant, & inuicem ſe præueniant fratres, præparaturi domino corda ſua, nõ modo matutino tempore, ſed etiam alijs horis debitis: ibique ſine diſcurſu, murmure, riſu, & abſq; vanis, & vagis aſpectibus, ſub ſilentio, & cum debita grauitate permaneant, & orent ſimul, & vſque in finem vnanimiter perſeuerent: quos in domino hortamur, vt diuinas laudes integrè, attentè, honeſtè, deuotè, & religioſè perſoluant, geſtus leues, & cantus diſſolutos, ſeù fractos declinent, tractim pſallant, debito modo incæpta, quæ ſimul cantanda ſunt, ſimul continuent, ſimulq; pauſent, & qui in his defectuoſi inuenti fuerint, puniantur grauiter per Superiores monaſteriorum. Priores verò ſi plurius, quam ſemel in hebdomada (legittimo ceſſante impedimento) defuerint, pro prima vice teneantur dicere officium mortuorum, pro ſecunda, totum Pſalterium, pro tertia priuẽtur officio ſuo. Lectores non ſint immunes ab officio chori, niſi eo die, quo legere voluerint. Modus pſallẽdi.

3 Nec liceat diſcedere à choro ſine licentia Superioris, tempore quo diuinum perſoluitur officium; Et qui tardè occurrunt genuflectant, nec ſurgant, niſi facto ſigno à Superiore: Cum exire voluerint, cauſam ſui diſceſſus Superiori exponant, veniam petentes vt infra dicetur plenius.

4 Omnes monachi profeſſi, etiam ſi non ſint in ſacris conſtituti dicant officium de Domino, & de Domina, Conuerſi verò, ſeù oblati dicant coronas iuxta ordinationem Superiorum: Qui autẽ ſciunt legere dicant officium Beatæ Virginis: Et die lunæ cuiuslibet hebdomadę nõ impedita feſto, officium mortuorum cum vno nocturno, quod ſi impedita fuerit, prima die non impedita perſoluant.

5 Præcipimus omnibus, & ſingulis monaſteriorum Prælatis, vt ſollicitè attendant quatenus quotidiè cantetur miſſa conuentualis, ſed feria ſecunda, non impedita feſto duplici, cantetur miſſa pro Defunctis, & in fine proceſſionaliter cantetur reſponſ. Libera me domine per eccleſiam, ſecundum noſtram antiquam cõſuetudinem. Et in die ſabbati cantetur miſſa de Domina, & maximè in Eccleſijs ſub eius

voca-

vocabulo, quo die fit etiam de Domina niſi fuerit feſtum duplex, vel ſemiduplex, aut in Quadrageſima ſecundum noſtram conſuetudinē.

Miſſa, veſperę, cōpletoriū cantētur quotidie.

6 Præcipimus omnibus diebus, etiam ferialibus cantari veſperas, & completorium de Domino, de Domina vero, quando dicuntur in choro, dicantur voce plana. Feria ſexta, ſi non fuerit dies ſollemnis, completorium dicatur voce plana, propter vigiliam de Domina, quę cantanda eſt.

Seculares nō introducantur i choro ad cātandum.

7 Præcipimus, non poſſe aliquo modo introduci ſæculares perſonas in choro ad cantandum cum monachis, ſed tempore diuinorum officiorum, omnino excludantur à choro. Contrafacientes in aliquo prædictorum, comedant in pane, & aqua, in terra in refectorio, toties, quoties. Nec permittatur, monachos noſtræ Congregationis in monaſterijs reſidentes celebrare, vel cantare miſſas extra Monaſteria, niſi deuotionis cauſa, ſine licentia Abbatis Generalis: Superiores vero id permitteutes dicant ex integro totum Pſalterium.

Cātus figuratus, & muſicalia nō permitētur.

8 Cantus figuratus in Eccleſia, & extra vitetur à monachis, nec vllo modo permittatur à Superioribus ſub pæna ſuperius deſcripta, cum ex huiuſmodi vana leuitate, plurimi labi videantur in animarum ſuarum perniciem. Nec inſtrumenta muſicalia teneantur. Organiſta monaſterij tantum excepto, cui, propter exercitium ſui muneris conceditur inſtrumentum illud, quod vulgo dicitur Menecordium: eo tamen nullo pacto vti liceat horis ſileutij, & in diebus ieiuniorum, ſub pæna comedendi in pane, & aqua toties, quoties.

Menecordiū organiſto tm̄ concedit

De reuerentia orationis. Cap. XX.

SI, cum hominibus potētibus volumus aliqua ſuggerere, non præſumimus, niſi cum humilitate, & reuerentia, quanto magis domino Deo vniuerſorum, cum omni humilitate, & puritatis deuotione ſupplicandum eſt, & nō in multiloquio, ſed in puritate cordis, & compunctione et larymarum nos exaudiri ſciamus. Et ideo breuis debet eſſe, & pura oratio, niſi forte ex affectu inſpirationis diuinæ gratiæ, protendatue. In conuentu tamen omnino breuieer oratio. Et facto ſigno à priore omnes pariter ſurgant.

Declaratio ibi. *Cum humilitate, & reuerentia.*

1 QVIA domino aſſiſtimus, reuerentiam ita in diuinis ſeruari mādamus in choro, vt fratres ingredientes, & egredientes chorum, toties, quoties in medio, ante Sanctiſſimæ Euchariſtiæ ſacramentum vſque ad terram vnico genu flectant capite nudato, & inclinato. Venientes autem ad ſedi-

lia

lia, inclinato aliquantulum capite, reuerẽtiam faciant verſus ſedem Prælati. Prætereuntes autem ante alias figuras, ſeu ſanctorum imagines mediocriter inclinent, & ſic faciant in refectorio, & in Cap.

2 Quando dicitur officium de feria, extra tempus paſchale, in principio officij vſque ad ſignũ, quod fit poſt Pater noſter, maneant fratres genibus flexis in ſuis ſedilibus, & ſic fiat quando dicitur kyrie eleiſon, Pater noſter, & oratio in fine officij. Flectimus etiam genua iuxta antiquum ordinem, noſtræ Congregationis, quando dicitur Aue Maris ſtella, in hymno Vexilla, in verſ. O crux aue ſpes vnica, & in alijs vt ſolitum eſt.

Quando genuflectendum eſt in officio.

3 In feſtiuis verò diebus, & tempore Paſchali, fratres in principio officij tantum caput profundè inclinent, quando dicitur Pater noſter, & prima oratio, tam in matutinis, quam in alijs horis, & in miſſa de Domina: quando vero cantatur miſſa pro Defunctis, omni tempore genuflectitur in orationibus, excepta ſollemni commemoratione Defunctorum, & quando agitur ſollemne officium, pro tunc defuncto fratre, illius monaſterij.

4 Quando incipitur officium, vſq; ad Gloria Patri, fratres ſtent verſus altare capite nudato: quando vero dicitur capitulum, & oratio, Hebdomadarius tantum ſtet verſus altare: Quando autem dicitur Gloria Patri, & in fine hymnorum quando nominatur Sanctiſſima Trinitas profundè inclinet ſe, vnus verſus alium, choris diuiſis.

5 Cantores in choro à Gloria Patri verſa facie ſe inclinent extra ſua ſedilia; ſed ſacerdos paratus in choro ſe incliuet verſus altare.

6 Quando dicitur confeſſio in miſſa, ad Primam, & Completorium, & in oratione, à cunctis fiat ſemper mentio de ſanctiſſimis patribus Benedicto, & Gulielmo.

7 Dum cantantur Prophetiæ, aut epiſtola, & graduale, aut tractus poſt epiſtolam, vel Alleluia cum verſ. ſedeant fratres, Ad euangelium ſtent verſus altare omni tempore, nudato capite: Poſt offertorium cantatum, maneant fratres genibus flexis in proprijs ſedilibns (exceptis cantoribus.) Et quando in miſſis defunctorũ dicitur Hoſtias, & preces, &c. ſtent verſus altare, & ſic cum incenſatur altare, etiam ſi organa pulſentur vſquequo Sacerdos, cum miniſtris, & Prælatus incenſatus fuerit. Quando vero miſſa non cantatur maneant fratres ſemper genibus flexis excepto Euangelio.

Modus ſtandi in diuino officio.

8 In ſacro monaſterio Montis Virginis de monte, à Kalend. Octob. vſque ad medium menſis Maij, fratres ſtent in omnibus prædictis (præterquam in orationibus, non autem commemorationibus, & in principio officij vſq; ad principium Pſal. Domine quid multiplicati ſunt) capite ſeminudato, propter maximam frigiditatem: in alijs vero locis vſque ad medium Aprilis.

9 Et vt ſemper in omnibus ſeruetur vniformitas, habeatur tabella, in qua ſit adnotatum, quibus horis, quibuſuè diebus feſtis, deferantur mantella longa, & quibus breuia iuxta diſtinctionem locorum, & temporum.

De

De Decanis monaſterij. Cap. XXI.

SI maior fuerit congregatio eligantur de ipſis fratres boni teſtimonij, & ſanctæ conuerſationis, & conſtituantur Decani, qui ſolicitudinem generant ſuper decanias ſuas, in omnibus ſecundum mandata Dei præcepta abbatis ſui. Qui decani tales eligantur, in quibus ſecurus abbas partiatur onera ſua. Et non eligãtur per ordinem, ſed ſecundum vitæ meritum, & ſapientiæ, doctrinam. Quod ſi quis ex eis, aliqua forte inflatus ſuperbia repertus fuerit reprehenſibilis, correptus ſemel, & iterũ, & tertio ſi emendare noluerit deijciatur, & alter in loco eius, qui dignus eſt, ſubrogetur. Et de præpoſito eadem conſtituimus.

Declaratio ibi, *Sollicitudinem, &c.*

1 IN ſacro monaſterio Montis Virginis, vnus eligatur Decanus, qui in abſentia Abbatis Generalis, Vicarij Generalis officio fungatur, in totam Congregationem, habeatque ſuper vaſſallos in temporalibus, & ſpiritualibus adminiſtrationem iuriſdictionis. Eligatur qui ſit moribus, & literatura ſufficiens, ſitque ſollicitus ſuper decaniam ſuã, & ſuper ſibi creditum gregem, ita quod regularis obſeruantia vigeat in ſuo monaſterio, corrigat exceſſus fratrum, ſibi deputatorum, niſi iudicauerit eos Abbati Generali reſeruandos: concedat licentiam iuxta facultatem ſibi ab Abbate Generali traditam, curetq; vt ceremoniæ Congregationis, & ordinata per Capitulum ſeu Prælatum obſeruentur, ſtudeatq; vt diuinum officium deuotè pſallatur: interſit etiam (quando legitimo non detinetur impedimento) comunibus exercitijs fratrum, & eorundem recreationibus, capitulo culparũ, nec ad Abbatem Generalem deferat niſi exceſſus grauiores.

Decani Mõtis virginis officium.

2 Quando Congregatio (Deo duce) in fratrum maiorem numerum, & regularis obſeruantiæ augmentum venerit, tunc eligantur alij Subdecani iuxta fratrum numerum, qui ſolliciti ſint ad opus, ſibi iniunctum, & vigilent, vt quiſque ſuorum monachorum, regularis diſciplinæ obſeruator exiſtat: Quod ſi eorum negligentia aliquis deprehenſus fuerit, in aliquo defectuoſus, corrigantur ipſi per Decanum, ſeu per Abbatem Generalem, ſi præſens fuerit, & hoc in omnibus monaſterijs vbi numerus duodecim profeſſorum excedItur obſeruari mandamus.

3 Magiſtri Nouitiorum eligantur, qui ſint ætatis, adminus triginta quinque

quinque annorum, nec eligantur, niſi poſt nouennium à promotione ad ſacerdotium, ſintq; maturi moribus, ad monachos inſtituendos apti, & ad lucrandas animas, ad inſtruendum diſcipulos, qui à ſæculo receſſerunt, quoad vtrumq; hominem, in monaſtica diſciplina, & in ſufficienti, & neceſſaria litteratura: ſintq; adeò graues, quod non contemnantur à diſcipulis. Quæ omnia ita prouide diſponantur, vt manifeſtum ſit, in his omne robur, & fundamentum regularis obſeruantiæ eſſe poſitum. Habeant penes ſe regulam ſanctiſſimi Patris Benedicti, & has declarationes, vt fratres ſibi commiſſos, melius inſtruere poſſint: Sint in Congregatione probati, prouidi, deuoti, & diſcreti, qui nouitiorum continuam curam gerant, illos ſæpe purè confiteri faciant, & ad ſeruandam cordis puritatem, & corporis honeſtatem informent, mores, & obſeruantias Congregationis eis verbo, & exemplo demonſtrent. Caueantq; ne in ſuis correptionibus, & admonitionibus ſint nimis tepidi, aut auſteri. Qui ſi de corpore Capituli aſſumantur, Prælatos vocales eſſe decernimus.

Magiſtri nouitiorũ, quales ſint.

Quomodo dormiant monachi. Cap. XXII.

SINGVLI, per ſingulos lectos dormiant. Lectiſternia pro modo conuerſationis, ſecũdum diſpenſationem abbatis ſui accipiant. Si poteſt fieri, omnes in vno loco dormiant. Si autem multitudo non ſinit: deni, aut viceni, cum ſenioribus ſuis, qui ſuper eos ſolliciti ſint pauſent.

DECLARATIO.

1 VT monachi liberius orationibus, atq; ſpiritualibus exercitijs intendant, & ad curioſitatem vitandam, dormitoria ſint per diuerſas cellas diuiſa, & aſſignetur vnicuique fratrum cella vna, & ſinguli, in ſingulis dormiant cellis.

2 Quælibet cella habeat in Superiori parte oſtij foramen rotundum, coopertum à foris tabella, quæ faciliter hinc inde deduci poſſit, per quod frater in cella exiſtens, videri poſſit à Prælato, ſiue à Superioribus, quod foramen nullus ab intra claudere, neq; per illud alius, quam Prælatus aſpicere præſumat: Et ſuper oſtio vniuſcuiuſque cellæ apponatur imago alicuius Sancti.

3 Nullus frater, in fratris cellam ingrediatur, etiam ſi ſit peregrinus, & de alieno monaſterio, fratre in cella exiſtente vel abſente, ſine licentia Superioris, niſi infirmitatis, vel confeſſionis faciẽdæ cauſa,

In cellã alterius nemo ingrediat. & ad propriã nullus introducatur.

& quamdiu ſunt in cella, oſtium ſemiapertum, vel hyemis tempore, ita clauſum teneant, vt à foris libere aperiri poſſit.

4 Eo minus poſſit frater quamcunque laicam, vel eccleſiaſticam perſonam, cuiuſcunq; conditionis exiſtat in cellam introducere, ſine licentia Superioris monaſterij. Qui contrafecerit in omnibus ſupradictis caſibus, comedat ſemel in terra panem tantum, & aquam in refectorio, toties, quoties.

5 Nec liceat vlli fratrum cellam ita claudere, quod à foris à Superiore monaſterij non poſſit aperiri.

Claues ad arcas, &c. non habeant.

6 Claues ad capſas, ſeu ſcabella, vel vbilibet, nullus ex fratribus habeat, ſine Prælati licentia, præter Priorem clauſtralem, ſeu Vicarium, cui tantum concedimus, vt ad ſcabellum, ſeu capſam vnam ſerraturam applicare poſſit, quæ claui aperiatur, conſignando alteram clauem ſimilem Prælati, infra octo dies ab officialium publicatione, quod ſi contrafecerit, dicat infra octo dies toto ex ordine Pſalterium, alij autem mediæ culpæ pæna puniantur.

In dormitorio qd agatur.

7 In dormitorio ſileatur ſemper ab omnibus: ſi autem neceſſitas, aliquid loquendi eueniat, ſubmiſſa voce loquatur, & ita leui paſſu, & quieté incedant fratres per dormitorium, vt alios non inquietent.

8 Singulis hebdomatibus ſaltem ſcopent cellas, propter munditias, & iuxta ordinem Superiorum, etiam dormitoria.

Sęcularium perſonarum cõfeſſ ibi non audiuntur.

9 Ordinamus præterea, ne quiſquam, niſi ex cauſa à Superiore probata, audiat confeſſiones ſæcularium in dormitorio, ſed permictimus poſſe audiri confeſſiones fratrum, eoſq; ſubmiſſa voce hortari.

D I V I S I O.

Candela iugiter in eadem cella ardeat vſque mane. Veſtiti dormiant, & cincti cingulis, aut funibus, & cultellos ad latus non habeant, dum dormiunt, ne forte per ſomnium vulnerentur dormientes: & vt parati ſint monachi ſemper, & facto ſigno abſque mora ſurgentes, feſtinent inuicem ſe præuenire ad opus Dei, cum omni tamen grauitate, & modeſtia: adoleſcentiores fratres iuxta ſe non habeant lectos: ſed permixti cum ſenioribus. Surgentes vero ad opus Dei inuicem ſe moderate cohortentur propter ſomnolentorum excuſationes.

Declaratio ibi *candela, &c.*

Lampas ardeat.

10 IN dormitorio ſit ſemper lucerna, ſeu lampas, quæ accendatur à Sacriſta poſt ſignum ſerotinũ Salutationis Angelicæ, & ardeat tota nocte vſque ad diem.

Ibi

O Ibi *veſtiti dormiant*, &c.

DEclaramus, hoc modo fratres veſtitos dormire, cum ſcapulari, cũ caputio ſicut in die ſupra tunicellam propter munditiam, quod habeat quaſi formam cucullæ ſecundum Clementinam. Qualibus in dormitione vtãtur veſtibus.

De excommunicatione culparum. Cap. XXIII.

S*I QVIS frater contumax, aut inobediẽs, aut ſuperbus, aut murmurans, vel in aliquo contrarius exiſtens ſanctæ regulæ, & præcepti ſeniorum ſuorum contemptor repertus fuerit, hic ſecundum domini noſtri præceptum admoneatur ſemel, & ſecundo ſecrete à ſenioribus ſuis, ſi non emendauerit obiurgetur publice corã omnibus, ſi vero neque ſic correxerit, ſi intelligit qualis pœna ſit, excommunicationi ſubiaceat. Si autem improbus eſt, vindictæ corporali ſubdatur.* Matt. 18.

Qualis debeat eſſe modus excommunicationis. Cap. XXIIII.

S*ECVNDVM modum culpæ, excommunicationis, vel diſciplinæ debet extendi menſura. Qui culparum modus, in abbatis pendeat iudicio, Siquis tamen frater, in leuioribus culpis inuenitur, tantũ à menſæ participatione priuetur. Priuatus autẽ à menſæ conſortio, iſta erit ratio, vt in oratorio pſalmum, aut antiphonam non imponat, neque lectionem recitet, vſque ad ſatisfactionem: Refectionem autem cibi, poſt fratrum refectionem ſolus accipiat, menſura, vel hora, qua præuiderit abbas ei competere, vt ſi (verbi gratia) fratres reficiunt ſexta hora, ille frater nona, ſi fratres nona, ille veſpertina, vſque dum ſatisfactione congrua, veniam conſequatur.*

DECLARATIO.

1 VT fratrum noſtrorum conſcientijs conſulamus, illa tantum ad mortale obligare declaramus, quæ ad tria eſſentialia vota pertinent, quæ contemptum continent, quæ à conſtitutionibus, vel à Superioribus in virtute ſanctæ obedientiæ præcipiuntur, & quæ ab Eccleſia, vel à iure ſub præcepto imperantur. Cætera ad pœnam tantum temporalem, & culpam venialem obligare declaramus. Quis n. hominum putare debet, Magiſtrum prudentiſſimum, & humanæ infirmitatis cõſcium omnia, quæ ſunt in regula à ſe conſcripta, & ab innumerabili religioſorum multitudine accipienda, formalis præcepti vim habere, omniaque ad mortale peccatum obligare voluiſſe?

Quę obligent ad mortale.

2 Culpas igitur omnes in quinque ſpecies diſtinguendo dicimus, alteram leuem, alteram mediam, grauem alteram, alteram grauiorem, grauiſſimamque alteram, quibus pœnæ ſimiles reſpondere debebunt, vt æquitas ſeruetur in omnibus.

Diſtĩctio culparũ, & plagarum modus.

3 Leuis culpa erit, ſi quis legendo, aut cantando errauerit, & non cognouerit culpam ſuam, terram manu oſculans, pectuſque percutiens: Item ſi veſtes ſacras in ſacriſtia, vel libri in choro opportunè non præparauerit, ſuoque loco repoſuerit, aut non rectè complicauerit. Pro his, & ſimilibus, etiam veniam petenti oratio aliqua, vel Pſalmus iniungatur à Priore.

4 Media culpa eſt, ſi quis horis recitandis in choro, immoderatè ſe geſſerit, ſi quis aliud canere, aut legere velit, quam quod communis vſus approbat: Si quis turpiloquium, aut vaniloquium effuderit. Si quis contra conſtitutiones, patrumque ordinationes latrauerit. Si quis in cellam ſuam, abſque Prioris licentia aliquem ſecularem, vel regularem introduxerit. Veniam petenti de his, & de conſimilibus diſciplina imponatur cum Pſalmis, vt Priori viſum fuerit, vel pietantia, & vino priuetur, non petenti, & per alium cognitis, pœna dupliciter.

5 Grauis culpa eſt, ſi quis coram ſæcularibus, cum altero, durius contenderit, ſi frater cum fratre lites geſſerit: Si quis fratri ſuo pro offenſis veniam petenti non pepercerit: Si quis indumentum, vel aliud quippiam, ſibi conceſſum alteri fratri inſcio Priore dederit: Si quis ſilentium horis, & locis prohibitis fregerit: Si quis cum perſonis, per conſtitutiones vitandis locutus fuerit: Si quis ſuam, vel alienam culpam contumax defenderit: Si quis iurauerit: Si quis ieiunia Eccleſiæ, & ordinis non fecerit. Pro his, & ſimilibus veniam petens, ter in terra in refectorio in pane, & aqua ieiunet, neq; pro eo fratres rogent, peccatum ſuum non agnoſcenti, veniamque non petenti duplex pœna iniungatur.

6 Culpa grauior eſt, ſi quis contumax, & inobediens publicè, aduerſus priorem ſuum fuerit, contumeliamque ei aliquam fecerit, eiuſque præceptum ſeruare noluerit: Si quis officium, poteſtatemq; Prioris,

Prioris, ſibi arrogauerit: Si quis ſine licentia ſepta monaſterij longius exiuerit, vel aliquo perrexerit: Si quis ſuſurro, mendax, vel ebrius fuerit. Pro his & ſimilibus delictis, qui peccatum ſuũ ſponte confeſſus fuerit, primum in cellam ſuam mittatur, ibique ſilenter maneat, vſque ad horam comedendi: Vbi refectionis hora venerit, vocatus refectorium ingrediatur: ſedenſque in terra nuda in pane tantum, & aqua abſq; vlla diſpenſatione ieiunet: Facto illi ſurgendi ſigno à Priore ad cellam ſuam reuertatur: neque interea aliquis cum eo, nec ipſe cum aliquo loquatur. Quare nec ad oſculum pacis veniet, nec obedientiam aliquam, ante plenam erroris ſui ſatiſfactionem factam in conuento obibit, nec electionibus, alijſque capituli actionibus intererit: Quod ſi magnum aliquod ſcandalum natũ inde fuerit, præter illa, quæ poſita ſunt, ante refectorij portam, vel ſi ita Priori videbitur, ante oſtium oratorij debet ſe proſternere, ſupra quem fratres intrãtes, & exeuntes incedant, à quorum ſingulis, ipſe veniam petens dicat. *Ora pro me frater.* Qui ſuam culpam non cognouerit, duplici pœna puniatur.

7 Grauiſſima culpa eſt, ſi quis ſit incorrigibilis, qui, & ſcelera non veretur committere, & pœnitentias audet recuſare: Si quis blaſphemias in Deum, vel Sanctos publicè dixerit: Si quis adulterium, fornicationem, ſacrilegium, crimen indicibile, furtum, aut alia huiuſmodi peccata cõmiſerit: Pro his, & cõſimilibus culpam ſuam agnoſcens in carcerem detrudatur: per menſem, ter in hebdomada ſolo pane, & aqua reficiatur: pœnas omnes quibus grauiores culpæ plectuntur, perferat: voce careat; & vltimus poſt omnes profeſſos ſedeat, donec per Capitulum fuerit abſolutus, & in priſtinum reſtitutus.

8 Poterit Abbas generalis pœnas, ex vna in aliam mutare, conſiderata culpæ qualitate: quod tamen nec facile, nec ſæpe, nec ſine cauſa faciat. Sicut etiam licebit ei hanc poteſtatem, cui voluerit committere.

De grauioribus culpis. Cap. XXV.

IS autem frater qui grauioris culpæ noxa
tenetur, ſuſpendatur à menſa ſimul, & ab
oratorio, nullus ei fratrum in vllo iungatur
conſortio, neque in colloquio, ſolus ſit ad opus
ſibi iunctum perſiſtens in pænitentiæ luctu,
ſciens illam terribilem Apoſtolici ſentẽtiam
dicentis. Traditum huiuſmodi hominem Sa- 1. Cor. 5.
thanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die domini.
Cibi autem refectionem ſolus percipiat, menſura, vel hora qua
præ-

præuiderit ei abbas competere, nec à quoquā benedicatur tranſeunte, nec cibus qui ei datur.

DECLARATIO.

1 QVIA non ſolum à malo (vt inquit Diuus Paulus) ſed ab omni ſpecie mali cauere debemus: ideo euitent monachi, quantum poſſibile erit omnia conſortia, familiaritatem, & ſequeſtrationem ſecularium perſonarum: præcipuè vero colloquia mulierum, ſcandaloſam, & puerorum ſuſpectam, etiam ſi ſano animo, candida, ſancta, bonaquè mente fiant: cum aliquando Sathanā in Angelum lucis transfigurari contingat, & decipere moltos.

Quæ conſortia ſūt euitāda.

2 Singulis hebdomadibus, feria ſexta teneatur Capitulum culparum, more bonorum religioſorum, ibique vnuſquiſque dicat culpas ſuas, cum omni humilitate, ac ſine vlla excuſatione, aut murmuratione.

Cap. culparum.

3 Si quis fratrum aliquod delictum, vel Regulæ, aut ſtatutorum ſecretā tranſgreſſionem commiſerit, ſecretè pœnitentiam taxatam faciat, neque cum eo diſpenſari à Prælatis, vel confeſſarijs poſſit, niſi pœnitentia ipſa eſſet publicè peragenda; tunc enim in aliam ſecretam commutari permictimus.

4 Si vero delictum, aut tranſgreſſio fuerit manifeſta, publicè pœniteat: manifeſtum autem dicimus, quando duobus, vel tribus conuentualibus notum fuerit. Sed ſi facere neglexerit, aut recuſauerit à nemine diſpenſari poſſit: quod ſi intra triduum, publicè non pœnituerit, pro huiuſmodi contemptu, bis eandem pœnitentiam facere cogatur. Et quoties recuſauerit, toties pœnitentia duplicetur vſq; quater. Si vero adeo pertinax fuerit, vt quarto monitus, nullo modo taxatam pœnitentiam facere voluerit, tanquam contumax, & incorrigibilis puniatur: & veluti rebellis, oſtinatus, & cōtemptor Sanctæ Regulæ, & ordinationum, mancipetur cuſtodiæ, donec reſipuerit, & prædictam pœnitentiam toties facere promiſerit, quoties diſtulerat: Nec liceat alicui Prælatorum in his diſpenſare, ſed Abbati Generali, & Diffinitoribus referantur exceſſus huiuſmodi, nec ſine eorum decreto aliquid ſtatui, vel immutari liceat, vt qui humilitate noluit corrigere culpam ſuam, maiori (vt Sanctiſſimus Pater ait) vindictæ ſubiaceat.

Modus puniendi delinquētes.

De his qui ſine iuſsione Abbatis iunguntur excommunicatis. Cap. XXVI.

SI quis frater præſumpſerit, ſine iuſſione Abbatis fratri excommunicato quolibet modo ſe iungere, aut loqui cum eo, vel mandatum ei dirigere, ſimilem ſortiatur excommunicationis vindictam.

Quali-

Qualiter debeat Abbas ſollicitus eſſe circa excommunicatos. Cap. XXVII.

OMNI ſollicitudine curam gerat abbas, circa delinquentes fratres, quia nõ eſt opus ſanis medicus, ſed male habentibus. Matt. 9.
Et ideo vti debet omni modo, vt ſapiens medicus, immittere quaſi occultos cõſolatores ſenipetas, ideſt ſeniores ſapientes fratres, qui quaſi ſecretè conſolentur fratrem fluctuantem, & prouocent eum, ad humilitatis ſatiſfactionem. Et conſolentur eum ne abundantiori triſtitia abſorbeatur: Sed ſicut ait Apoſtolus confirmetur in eo charitas, & oretur pro eo ab omnibus. 2.Cor. 2.
Magnopere enim debet ſollicitudinem gerere abbas, & omni ſagacitate, & induſtria curare, ne aliquam, de ouibus ſibi creditis perdat. Nouerit enim, ſe infirmarum curam ſuſcepiſſe animarum, non ſuper ſanas tyrannidem. Et metuat prophetæ comminationem, per quem dicit dominus, quod craſſum videbatis, aſſumebatis, & quod debile erat proijciebatis. Ezec. 34.
Et paſtoris boni, piũ imitetur exemplum, qui relictis nonaginta nouem ouibus in montibus, abijt vnam ouem, quæ errauerat, quærere. Matt. 18.
Cuius infirmitati, in tantum compaſſus eſt, vt eam in ſacris humeris ſuis dignaretur imponere, & ſic reportare ad gregem.

De his qui ſæpius correpti non emendauerint. Cap. XXVIII.

SI quis frater frequenter correptus, pro qualibet culpa, ſi etiam excommunicatus, non emendauerit, acrior ei accedat correptio, ideſt vt verberum vindicta in eum procedat. Quod ſi nec ita correxerit, aut forte (quod abſit) in ſuperbiam elatus, etiam defendere voluerit opera ſua, tunc abbas faciat, quod ſapiens medicus. Si exhibuit fomẽta, ſi vnguenta adhortationum, ſi medicamenta ſcripturarum diuinarum, ſi ad vltimum vſtionem excommunicationis, vel plagas virgarum. Et ſi vi-

ſi viderit, nibil ſuam præualere induſtriam, adhibeat etiam quod maius eſt, ſuam, & omnium fratrum pro eo orationem, vt dominus qui oĩa poteſt operetur ſalutem, circa infirmum fratrem. Quod ſi nec iſto modo ſanatus fuerit, tunc iam vtatur ab-
1. Cor. 5. *bas ferro abſciſſionis, vt ait Apoſtolus. Aufert malum ex vo-*
Ibid. 7. *bis. Et iterum. Infidelis ſi diſcedit, diſcedat, ne vna ouis morbida omnem gregem contaminet.*

DECLARATIO.

Loca carceris quę.

1 RĘcipitur omnibus monaſteriorum noſtrorum Prælatis, vt in ſingulis monaſterijs eligant loca cuſtodiæ, ſeu carceris ſecreta, ſolida, & ſana vbi monachi fugitiui, rebelles, & incorrigibiles, aut aliter defectuoſi recludi poſſit.

Aufugiētes requiri, & qua pæna puniri debēt

2 Fratres ſi aufugerint requirantur iuxta caput ex. de reg. tranſ. cui ſuffragatur Sancta Synodus Tridetina præcipiendo, eos eſſe requirendos, & tanquam apoſtatas puniendos, & carceribus mancipandos, quouſque reſipuerint, & cauſas eorum fugæ declarauerint. Qui vero præter fugam aliquod aliud ſcelus perpetrauerint, ſeu vitiosè vixerint, ſiue ante, ſiue poſt fugam non parcendo laboribus, aut expēſis requirãtur, implorato etiam (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſecularis, & puniãtur iuxta delictorum qualitatem. Niſi Abbati Generali, & Diffinitoribus cauſam ad Capitulum generale deferendam viſum fuerit, quod eorum arbitrio relinquimus.

Morte plectēdus triremib⁹ eſt mancipandus.

3 Si autem aliquis monachus cõuictus fuerit de aliquo crimine, pro quo in iudicio ſeculari eſſet morte plectendus, perpetuis triremibus mancipetur, vbi perpetuam agat pœnitentiam, iuxta Pij Quinti fe. rec. decretum.

Cõuerſis incorrig. &c. quæ pæna infigenda.

4 Conuerſi vero, ſeu oblati quando incorrigibiles fuerint reperti, ſicut fuerunt recepti, ita expellantur, ſine ſpę iterandæ receptionis. Et ſi quis poſt promiſſam ſtabilitatem vitioſus, & inobediens, aut in aliquo crimine repertus fuerit, procedatur cum eo ſecundum meritum, vſque ad expulſionem incluſiuè, ſeruata tamen forma regulæ, & de ſcientia Abbatis Generalis, & omnium ſeniorum conſenſus, aut duarum partium monachorum ipſius monaſterij, in quo fuerit commoratus, nec recipiatur vltra ſine Capituli generalis licentia ſpeciali; Et cum prædictis fratribus, & conuerſis fugitiuis expulſis, aut aliter licentiatis, nulli liceat monachorum habere commercium, aut conuerſationem.

Si debeant recipi fratres exeuntes de monaſterio.

Cap. XXIX.

FRATER, qui proprio vitio egreditur, aut proijcitur de monaſterio, ſi reuerti voluerit, ſpondeat prius omnem emẽdationem vitij, pro quo egreſſus eſt, & ſic in vltimo gradu recipiatur, vt ex hoc eius humilitas comprobetur. Quod ſi denuo exierit, vſque tertio ita recipiatur. Iam vero poſtea ſciat, omnem ſibi reuerſionis aditum denegari.

Declaratio *ibi proprio vitio, &c.*

1 SI contingat, aliquem ex fratribus noſtris fugere à monaſterijs, non diſcedendo à ſacris Canonibus præcipimus, vt ſi ſponte ad monaſterium redierit, recipiatur, ita tamen vt pro menſura delicti ſit, & plagarũ modus.

2 Quicunque ergo ſpatio vnius diei apoſtatauerint, per decem dies, ſint in cella incluſi, vt à commercio fratrum excludantur: quòd ſi vltrà vnum diem, extra monaſteriũ permanſerint, grauetur etiam pœna, & arbitrio ſuperiorum puniantur. Si vltra quinque, recipiantur, & carceri recludantur, non relaxandi, niſi conſultis Abbate Generali, & Diffinitoribus, obtentaq; ab ipſis facultate.

3 Si verò vltra triginta dies, regreſſum diſtulerint, non niſi in carceribus recipiantur, nec relaxentur, niſi conſultis Abbate Generali, & Diffinitoribus, & de eorum licentia, & vlterius in vltimo loco, tanquam nouitij, collocentur, & voce actiua, paſſiuaq; priuentur, non diſpenſandi, aut habilitandi, niſi per eoſdem Abbatem Generalem, & Diffinitores. Fratrum aufugientiũ receptiones, & pœnæ quales.

4 At ſi (quod abſit) per annum integrum ſteterint, præter prædictas pœnas inferendas, carceri mancipentur, nec relaxentur, niſi cognita, & examinata cauſa, per Capitulũ Generale, confecto prius proceſſu (ſi opus fuerit) & conſiderata facti qualitate: Neque ſic liberati, loco profeſſionis reſtituantur, niſi per idem Capitulum; declarantes, eos nec poſſe, nec debere admitti ad locum profeſſionis, niſi illius temporis quo ſteterunt, ne grauentur ij, qui ſub ſuaui obedientiæ iugo perſeuerauerunt. Vt exempli gratia, decimo, ſuæ profeſſionis, anno Congregationem quis deſeruit, & per annum apoſtatauit, receptus poſtea, non eſt æquum, vt eos præcedat, qui per decem annos, & dimidium perſeuerauerunt, quos ante fugam præcedebat: Neque ad officia, & dignitates obtinendas habilitati, ſed perpetuo priuati exiſtant, ſine ſpe habilitationis, vt eis pœna debita, alijs exemplum præbeatur.

5. Si autem recepti, laudabiliter in Congregatione vixerint, & pœnitentiæ opera fecerint, omnibus Abbate Generali, Diffinitoribus, & Capitulo, conſentientibus, Congregationis dignitates, & munera, pro ſubſequenti temporum ratione, valeant exercere: Vt ſcilicet, poſt primum reuerſionis ſuæ triennium, Subdiaconorum gaudeant dignitate: poſt ſecundum, Diaconorum: poſt tertium, Sacerdotis: Vt & deinceps, ad quaſcumque fuerint dignitates, per ordinem idonei iudicati, habilitati cenſeantur, dummodo in ſingulis triennali cenſura, capitularibus fuerint ſuffragijs approbati: Et aliter facta habilitatio nullà cenſeatur.

Itinerantes habeãt literas comẽdatitias.

6 Vt autem fugitiui, & ſuſpecti, à non ſuſpectis, & perſeuerantibus, dignoſcantur, ordinamus quòd fratres cuiuſcumque dignitatis, vel conditionis fuerint, qui quacumq; cauſa à ſuis monaſterijs ad alia loca pergunt, deferant ſecum literas, ſeu patentes ſuperiorum ſuorum, cum expreſſo nomine locorum, per quæ tranſire, aut venire debebunt, manu, ſigilloq; munitas: alias, vbicumq; fuerint inuenti, tanquam fugitiui cuſtodiæ mancipentur, à quibuſcumq; Prælatis, & Superioribus monaſteriorum noſtrorum, donec Abbas Generalis, vel eo abſente, eius Generalis Vicarius, de hoc certioratus, quid agendum, decreuerit.

Sepultura fugientium, extra cong. decidentium quę.

7 Quod ſi prædicti fugitiui extra Congregationem vitam clauſerint, nullatenus ad fratrum ſepulturam recipiantur, ſed in ſæcularium cimiterio tumulentur, niſi habitum dimiſiſſent, tunc enim excommunicati eccleſiaſtica ſepultura carebunt.

8 Admoneantur ergo fratres monaſteriorum noſtrorum, de fratribus fugitiuis, expulſis, aut aliter licentiatis à Superioribus monaſteriorum, à quibus recedunt, quemadmodum fit de fratribus defunctis, vt ab omnibus vitari poſſint.

De pueris minori ætate qualiter corripiantur.

Cap. XXX.

OMNIS ætas, vel intellectus proprias debet habere menſuras. Ideoque quotiens pueri, vel adoleſcentiores ætate, aut qui minus intelligere poſſunt, quanta pœna ſit excommunicationis. Hi tales dum delinquunt, aut ieiunijs nimijs affligantur, aut acris verberibus coherceantur, vt ſanentur.

Qua-

Qualis debeat eſſe Cellerarius Monaſterij.

Cap. XXXI.

CELLERARIVS Monaſterij eligatur de congregatione ſapiēs, maturus moribus, ſobrius, non multum edax, non elatus, non turbulentus, non iniurioſus, non tardus, non prodigus, ſed timens Deum, qui omni congregationi ſit ſicut pater: Curam gerat de omnibus, ſine iuſſione abbatis nihil faciat, quæ iubentur cuſtodiat, fratres non contriſtet: Si quis autem frater ab eo aliqua fortè inrationabiliter poſtulat, non ſpernendo eum contriſtet, ſed rationabiliter cum humilitate malè petenti deneget, animam ſuam cuſtodiat, memor ſemper illius Apoſtolici præcepti, quia qui bene miniſtrauerit, gradum bonum ſibi acquirit: Infirmorum, infantium, hoſpitum, pauperumque cum omni ſollicitudine curam gerat: Sciens ſine dubio, quia pro his omnibus in die iudicij rationem redditurus eſt. 1. Tim. 3.

OMnia vaſa monaſterij, cunctamq; ſubſtantiam, ac ſi altaris vaſa ſacrata, conſpiciat: Nihil ducat neglígendū, neque auaritiæ ſtudeat, neque prodigus ſit, aut extirpator ſubſtantiæ monaſterij. Sed omnia menſuratè faciat, & ſecundum iuſſionem abbatis ſui. Humilitatem ante omnia habeat, & cui ſubſtantia non eſt, quæ tribuatur: ſermo reſponſionis porrigatur bonus, quia ſcriptum eſt. Sermo bonus ſuper datum optimum. Omnia quæ ei iniunxerit abbas, ipſe habeat ſub cura ſua: à quibus cum prohibuerit, nō præſumat. Fratribus conſtitutam annonam, ſine aliquo typo, vel mora offerat, vt non ſcandalizentur: Memor diuini eloquij quid mereatur, qui ſcandalizauerit vnum de puſillis. Si congregatio maior fuerit, ſolatia ei dentur, à quibus adiutus, & ipſe æquo animo impleat officium ſibi commiſſum. Horis competentibus dentur, quæ danda ſunt, & petantur, quæ petenda ſunt, vt nemo perturbetur, neque contriſtetur in domo Dei.

Prou. 15.

Matt. 18.

Declaratio, *ibi declaratur.*

1 CEllararij eligantur in Congregatione, Abbatis Generalis, & Diffinitorum arbitrio, ad inſtar electionis: Qui ſint Sacerdotes, omnino graues moribus, & vita probati.

Cellararius maior Sacri monaſterij Mõtis Virginis, is eligatur, qui Cellarariatus officio, in alijs monaſterijs, per triennium ad minus, laudabiliter functus fuerit, deturq; ei ſocius officij.

Ibi. *animam ſuam cuſtodiat, &c.*

3 SInt cauti Cellararij, ne temporalibus ita ſe immiſceant, quin vacent ſpiritualibus, & quando negotijs caruerint, choro interſint, ne per bona temporalia, admittant æterna. Dormiant in dormitorio cum cæteris fratribus: negotia autem ſua exerceant in Cellararia.

Ibi. ſine iuſſione Abbatis.

4 AD Cellararios pertinet bonorum adminiſtratio, redditũumq; Monaſteriorum, in quibus conſtituuntur, de ſcientia tamen, & conſenſu ſuorum Prælatorum, ita quòd ſine eorum licentia nihil facere præſumant.

Cellararij q ſint, & quid agant.

5 Caueant ab arborum fructiferorum inciſione, ſine licentia in ſcriptis ſui Prælati, quod ſi id auſi fuerint, puniantur à ſuis Prælatis, etiam per depoſitionem. Eademq; pœna puniantur, ſi eorum iniuria grauaminibus, vel debitis monaſteria grauauerint.

6 Omnes prouentus, & quicunq; fructus, tam in pecunia exiſtentes, quam in quacunq; re, recollectionis tempore, fideliter, & integrè ſcribantur per Cellararios, in libro rationum, de ſcientia, & cum ſubſcriptionibus Prælatorum, & ſeniorum monaſterij, abſque alia mora, poſtquam fuerint ab eis recollecti, & recepti, vel eorum quælibet pars: Et mora intelligatur commiſſa per prædictos, ſingulis vicibus, quandocunque non deſcribentur, quãtumuis minimi, in libris rationum, eadem die recollectionis: quod, & de eleemoſinis intelligimus.

7 Cellararius Sacri monaſterij Montis Virginis, ſingulis diebus ſabbati, teneatur ſub pœna priuationis ab officio, & alijs pœnis, expenſas coram vno ad minus Diffinitorum, & in eorum abſentia, coram Vicario, & Infirmario deſcribere, cum ſubſcriptionibus eorundem: Nec non quælibet computa, rationes, debita, & credita, per ſingulos quoſque menſes, Abbati Generali, & Patribus Viſitatoribus oſtendat, qui omnes manu ſua computa prædicta ſubſcribant.

Expenſæ etiam omnes, & ſi ſingulæ notentur fideliter per Cellararios, in dictis libris rationũ, & impenſæ, quæ pro quotidiano monachorum victu, & aliorum factæ fuerint in alijs monaſterijs, ſingulis

gulis diebus Sabbati reuideantur per Prælatum, & ſeniores,& quas reijciendas iudicauerint, reijciant, & approbandas approbent,cum eorum ſubſcriptionibus, alias nullo futuro tempore admittatur,ſed omnino reiectæ intelligantur, & ſint: Si verò impenſæ extraordinariæ, & pro alia cauſa, quam pro victu, excedentes ſummam, aurei vnius factæ fuerint, deſcribantur modo, & forma, vt ſupra, eodem die, quo factæ fuerint, alias vt ſupra nunquam admittantur. Quòd ſi prædicti Cellararij infideliter deſcripſerint eleemoſinas, fructus, redditus, & prouentus, vltra reſtitutionem damnorum, & intereſſe in ære, vel in corpore, & alias pœnas, à Prælatis imponendas, eo ipſo, officio priuati intelligantur, nec reſtitui poſſint, nisi per Capitulum Generale, & ſint inhabiles ad alia officia obtinenda in perpetuum: Si vero tam Abbas Generalis, quam Diffinitores, & Superiores locorum prædicta cōputa reuidere notabiliter neglexerint, vt ſupra ipſo facto, à diuinis ſint ſuſpenſi per menſem. Expenſæ oēs quomodo fideliter notantur pro Cellarios, & infideliū pœnæ.

9 Liber maior ſemper ſit in manu Prælati. Cellararij vero curent, vt de expenſis, quæ aurei ſummam excedunt, apocam de receptis, vel aliam fide dignam ſcripturam habeant, vt tempore viſitationis, legitimam eorum villicationis rationem, reddere poſſint: Quod ſi neglexerint, puniantur arbitrio viſitatorum.

10 Non præſumant locare, vel dislocare bona ſtabilia monaſteriorum, ſine conſenſu Prælati, & Capituli eius monaſterij, qui conſenſus per vota recipiatur, & ſcribatur in libro ad hoc deputato, & alias factæ locationes, vel dislocationes nullæ ſint, & inualidæ: Sed & Cellararij, qui hoc facere auſi fuerint, ſint ipſo facto ſuſpenſi ab officio. Bona ſtabilia locanſ con ſenſū capituli monaſterij.

Ibi, *Infirmorum, & pauperum, &c.*

11 STudeat Cellararius, cum omni timore Dei, & diligentia, vt infirmis neceſſaria miniſtrentur, præcipuè in abſentia ſui Prælati, memorq; ſit de omnibus in die Iudicij ſe eſſe rationem redditurum. Neceſſaria infirmis miniſtranda.

Ibi, *Nihil ducat negligendum, &c.*

12 SI infra annum, vel completo anno, Cellararium de vno in aliud monaſterium mutari cōtingerit, nunquam diſcedat à monaſterio, niſi prius ſuæ adminiſtrationis rationem Prælato, & ſenioribus reddiderit, quæ rationes, quibus redduntur ſubſcribantur, quod ſi facere renuerit, ſemel in pane, & aqua in refectorio ieiunet, vlterius acrius à Viſitatoribus puniendus. Si vero Prælati, & Seniores Monaſteriorū negligentes in hoc fuerint, à Viſitatoribus puniantur. Cellararij functi officio in vno monaſterio vnde diſcedunt reddant rationem & cui.

13 Res quæ neceſſariæ erunt, pro victu quotidiano, per conuerſos potius, quam per monachos, aut Cellararios emantur.

13 Cum Cellararios à Monaſterio exire contingerit, caueant, quoad fieri poterit, vt ſoli exeant, & præcipuè cum pedeſter ſunt iter facturi: Quòd ſi equitabunt habeant famulum ſecularem, ſi haberi poterit.

De

De ferramentis monaſterij. Cap. XXXII.

SVBSTANTIAE monaſterij, in ferramentis, vel veſtibus, ſeu quibuslibet rebus, prouideat abbas fratres, de quorum vita, vel moribus ſecurus ſit, & eis ſingula, vt vtile iudicauerit, conſignet cuſtodienda, atque recolligenda: Ex quibus abbas breuem teneat, vt dum ſibi in ipſa aſſignata fratres viciſſim ſuccedunt, ſciat quid dat, aut quid recipit. Si quis autem ſordidè, aut negligenter res monaſterij tractauerit: corripiatur: Si non emendauerit, diſciplinæ ſubiaceat.

DECLARATIO.

1 QVilibet officialis, infra menſem à die publicationis ſuæ, inuentarium faciat omnium rerum, ad eius officium pertinentium.

Inuentaria offic. & Prælatorum.

2 Prælatus monaſterij habeat librum, in quo inuentarium omnium tã mobilium, quàm ſtabilium, omniumq; conſignatorum officialibus, quibuſcũq; ſit deſcriptum, quod tempore viſitationis, Patribus Viſitatoribus conſignetur: In quo inuentario ſcribi etiam mandamus nomina omnium librorum cum inſcriptione Congregationis, & monaſterij cuius ſint.

Sacris dicata non ſunt ſæcularib⁹ accomodãda.

3 Paramenta Eccleſiaſtica, quia ſacris dicata vſibus, non ſunt amplius profano vſui applicanda, nullo modo extra monaſteria ſecularibus perſonis accomodentur.

Ibi, *conſignet.*

Priuileg. & ſcript. qualiter cuſtodiãtur.

4 SOllicitè procurent Abbates, & alij Prælati Congregationis, vt bona mobilia monaſteriorum diligenter conſeruentur, & cuſtodiantur.

Archiuiarius conſtituatur.

5 Cum autem ſcripturæ, & priuilegia Congregationi conceſſa, magnæ ſibi ſint vtilitatis, & honoris, ipſa ſumma diligentia cuſtodiri mandamus, in loco tuto ab igne, à furibus, à muribus, & ab humiditate, in ſcriptorio, aut in forti arca, duabus clauibus munita, & ter in anno abſtrahantur, ne à tineis corrodantur, aut aliter lacerentur. In Sacro monaſterio Montis Virginis teneantur in armariolis archiuij appenſa, ne rodantur à muribus. Sitq; archiuium ſeparatum, vt conſtituatur Archiuiarius prudens, fidelis, & ſollicitus, cui omnes ſcripturæ, tam ad ipſum monaſterium, quam ad omnem Congregationem, & ſingula Monaſteria ſpectantes, conſignentur in dicto Archiuio, optimis ſerraturis, & clauibus munito, per inuentarium, quod ab Abbate Generale ſeruetur, eius exemplari Archiuario

chiuario tradito : Et quoad fieri poterit, omnes prædictæ ſcripturæ regiſtrentur per manus publici Notarij, & in neceſſitatibus citius quod quæritur inueniatur, quod etiam reſpectiuè in omnibus Congregationis Monaſterijs fieri mandamus.

6 Inhibemus, & diſtrictè præcipimus, ne ab Archiuijs, quæcumque illæ ſint ſcripturæ diſtrahantur, aut amoueantur, ſine Abbatis Generalis, & Diffinitorum licentia : Vrgente verò neceſſitate, poſſint ad noſtra tantum monaſteria transferri, non tamen niſi de licentia eorundem, & facta receptionis apoca, Archiuiario, & quam citius fieri poteſt, infra menſem reſtituantur : & ſi is, qui acceperit remittere diſtulerit, dicat ſingulis diebus ſeptem Pſalmos cum litanijs vſquequo fuerint remiſſæ.

7 Præcipitur, in virtute ſanctæ obedientiæ omnibus monachis, noſtræ Congregationis, cuiuſuis cōditionis, & dignitatis ſint, vt poſt præſentium intimationem, infra duos menſes omnes, & quaſcunq; ſcripturas, vel priuilegia, quæ apud ipſos fortè reperirentur, Abbati Generali, & Patribus Viſitatoribus, aut Archiuiario ad hoc deputato remictant, & reſignent, tam autentica, tranſumpta, quàm originalia. Si quis autem contrafecerit, apud quem, aut quos reperta fuerint, puniantur grauioris culpæ pœna ab Abbate Generali, & Patribus Viſitatoribus.

8 Omnia monaſteria clauſtralia habeant tranſumpta priuilegiorum, ſaltem Viſitatorum manu autenticata, & diligenter illa cuſtodiant; caueantq; ea, aut eorum exemplaria, alienis extra Congregationē oſtendere, niſi in graui neceſſitate, quod etiam cautè fiat, oſtendendo tantum particulas neceſſarias : Exemplaria verò priuilegiorum, & omnes aliæ ſcripturæ, quæ apud extraneos reperirentur, requirantur diligenter à fratribus, & de eorum manibus recuperētur, ſeruenturque in Archiuio vt ſupra.

9 Et quia parum eſſet ſcripturas, priuilegia, & iura Congregationis, & Monaſteriorum conſeruare, niſi etiam defendere ſtuderemus, præcipimus quod ſi contra Congregationem à quibuſuis perſonis, tam Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus lites aliquas moueri contigerit, in quauis curia, & fortaſſe monaſterium vexatum ob ſui paupertatem, non poſſit litem proſequi, Abbas Generalis, & Diffinitores curent, vt totius Congregationis ſumptibus defendant; quod etiam ob recuperationem bonorum, quibus indebitè ipſum monaſterium ſpoliatum fortè reperiretur, ſeruari mandamus : Sed vt Sacro monaſterio Montis Virginis taxationem, pro eius ſubſidio perſolui, iuxta Generalis Capituli determinationem.

Lites locorū egētium, cong. ſūptibus defendent.

Monaſt. M. Virg. taxatione adiuuent.

10 Mandamus quoque, vt in omnibus monaſterijs ſit regiſtrum, in quo ſcribantur, & regiſtrentur, quæ per capitulum generale, ſingulis annis ordinata fuerint, tam ad totam Congregationem, quam ad ſpeciale illud Monaſterium ſpectantia, per Viſitatores tempore viſitationis ſtatuentur.

11 Omnia monaſteria habeāt ſua ſigilla, ſiue magnum, quo Prælati, cum

Regiſtrū mandat.

cum aliquid nomine Congregationis, vel Monaſterij fit, vti ſolent ſiuè paruum, quo in priuatis literis vtuntur. Et ita cuſtodiatur, vt circa ea, nulla fraus committi poſſit. Nullus vero fratrum eo vti poſſit, niſi de licentia ſui Prælati: quæ ſigilla ſiue Monaſteriorum, ſiue Cõgregationis ſi quis, ſuadente diabolo, falſificare præſumpſerit, ſtet per duos menſes poſt omnes profeſſos degradatus, & degradatione durante, ſemel in hebdomada in refectorio in pane, & aqua ieiunet. Quod ſi in tantum malorum venerit, vt eo, in falſificationem alicuius dimiſſoriæ, vel alterius cuiuſuis ſcripturæ, qua Prælatorum authoritas fuerit vſurpata, vſus fuerit, grauiſſimæ culpæ, pœna puniatur, & vltro Abbatis Generalis arbitrio, qualitate conſiderata delicti.

Sigillorũ cuſtodia, & falſificantium pœnæ.

Si quid debeant monachi proprium habere.

Cap. XXXIII.

PRAECIPVE hoc vitium radicitus amputetur de monaſterio, ne quis præſumat aliquid dare, aut accipere ſine iuſſione abbatis: neque aliquid habere proprium, nullam omnino rem, neque codicem, neque tabulas, neq; grafium: ſed nihil omnino, quippe quibus, nec corpora ſua, nec voluntates licet habere in propria poteſtate. Omnia vero neceſſaria, à patre monaſterij ſperare, nec quicquam liceat habere, quod abbas non dederit, aut permiſerit. Omniaque omnibus ſint communia, vt ſcriptum eſt, nec quiſquam ſuum eſſe aliquid dicat vel præſumat. Quod ſi quiſquam hoc nequiſſimo vitio, deprehenſus fuerit delectari, admoneatur ſemel, & iterum, ſi non emendauerit, correptioni ſubiaceat.

Act. 2.

Declaratio, *ibi radicitus amputetur.*

1 ATtendentes pro affectu, quod de tollenda proprietate Sanctiſſimus Pater noſter Benedictus ſcriptum reliquit. Mandamus omnibus Cõgregationis noſtræ Abbatibus, & Prælatis, ne quid alicui permittant ad vſum in vita, cum talis conceſſio ſit valde proprietati ſimilis: ſed ad beneplacitum eorum cõcedant, ablaturi quoties neceſſitas ſuadeat, vel vtilitas: in quo eorum conſcientias oneratas intelligant.

Nil concedẽdum ad vſum in vita.

2 Neque per hæc intelligimus, fratres, libros, breuiaria, diurna, regulam

regulam cum huiuſmodi declarationibus, & conſtitutionibus apud ſe retinere, ſecumque ad alia loca, & monaſteria Congregationis aſportare non poſſe, reſtituenda tamen cum alijs libris, poſt vſum eorum per deceſſum, aut mortem illis monaſterijs, quibus deſcripta fuerint. Ideoq; volumus quod tam in diurnis, & Breuiarijs, quam in alijs libris ſcribatur nomen monaſterij vbi fratribus conſignata fuerint, & Congregationis Mõtis Virginis, nomen fratris ad cuius vſum conceſſi fuerint. Ad lites quoque tollendas declaramus, quòd cum aliquis monachus obierit, omnia alia bona (præter libros) quæ reperta fuerint, illi monaſterio in quo mortuus fuerit, quod & eius infirmitatis onus ſubſtinuit applicata intelliguntur.

Quid monachi poſſint retinere apud ſe, & ſecũ aſportare.

Bona repta apud monachũ obeũtem cui applicanda.

3 Mandamus item omnibus noſtræ Congregationis Prælatis, vt quã primum ad monaſteria in quibus fuerint deſtinati à capitulo peruenerint, omni familia illius monaſterij ante ſe congregata, pro reformatione monaſterij, ante, vel poſt officialium abſolutionem immediatè, Breuiaria, diurna, libros, & alia quæcunq; habuerint, ſibi à fratribus deferri, vel iuxta antiquum ritum Congregationis, per inuentaria nunciari mandent, apud ipſos conſeruanda, & eorum beneplacito, & arbitrio diſpenſent alijs, aut iterum concedant eiſdem: vt quod Pater Sanctiſſimus præcipit, exequtioni mandetur.

Quid faciẽdum, cum prælati à capitulo peruenerint.

4 Præcipimus præterea omnibus prælatis, vt vnuſquiſque diligenter, & accuratè videat omnes libros ſibi delatos, vel per inuentaria denunciatos, ne ſint inter ipſos libri per indicem prohibiti, aut aliquo modo ſuſpecti, vel vana, aut obſcena continentes: viſitentq; omnium monachorum cellas ſaltem ſexies in anno, inquirentes an alios libros, aliaué bona habeant præter denunciata in inuentario: quod ſi quis deprehẽſus fuerit, puniatur iuxta qualitatem, vel quantitatem rei non denunciatæ: pro vanis, vel obſcenis libris corripiatur ſemel, & ſecundo; poſtea verò addatur etiam pœna mediæ culpæ: Si vero apud quempiam reperti fuerint libri prohibiti, vel ſuſpecti, libri retineantur à Prælato, & admoneatur Abbas Generalis, à quo ſi opus fuerit Procurator generalis in curia certior fiat.

Quoties in anno, Prælati viſitare debẽt cellas monacorum, & qd inquirendum.

5 Qui ad concionãdum miſſi fuerint, pecunias ſub quouis prætextu, vel titulo recipere non poſſint, niſi pro expenſis itineris: etſi quid ab vniuerſitatibus locorum, aut ab alijs hac de cauſa largiri contingat, non ipſis, ſed monaſterio largiatur. Monaſteriorum autem expenſis, omnia ad ipſorum concionatorum vſum neceſſaria, ſuppeditentur; non excedendo medietatem ipſius elemoſinæ: ipſaq; medietas, non excedat ſummam viginti ducatorum: reliquam enim medietatem monaſterio in quo degit applicari mandamus; ſub pœna proprietarijs reſeruata.

Quid ſeruandum cum concionatoribus.

6 Nullus monachus publicè prædicare præſumat, niſi ſacræ Theologiæ ſaltem per quatuor annos continuos operam dederit; ac niſi ſit Sacerdos. Et licet notoriè multum in ea facultate profecerit, non admittãt ad huiuſmodi ſolemne munus, niſi etiam ſuper caſibus cõſcientiæ, per Abbatem Generalem, Patres Diffinitores, & exami-

Qualis debeat eſſe concionator.

natores fuerit examinatus, & approbatus.

Quis poſſit pecunias apud ſe retinere.

7 Præcipimus ne fratres, res aliquas præſertim pecunias, quauis de cauſa ab aliquo, etiam titulo depoſiti recipiant, & acceptent, minuſq; apud ſe retineant, ſed omnes pecuniarum quantitates, in capſa communi deponantur. Nec præſumant aliquid vendere, emere, donare, vel mutuare, inter ſe inuicem ſine licentia ſui Prælati. Contrafacientes grauiter puniantur, etiam vti proprietarij. Circa donationem vero ſeruetur Bulla Sanctiſſimi Domini noſtri Clementis Papæ octaui. Nec poſſit ſuperior diſpenſare, vt penes aliquem monachum (præter depoſitarium, & Cellerarium monaſterij) quacunque ex cauſa pecuniæ habeantur, ſub pœna priuationis ab officio: Et ſub eadem pœna inhibetur ipſis etiam ſuperioribus ne pecunias, vt præfertur apud ſe retinere præſumant.

Tractantes res ſecularium non ſoluẽdo gabellas qualiter puniant.

8 Nullus præſumat aliquid emere, vel vendere in quouis loco, nomine ſecularium perſonarum, vel aliquid accipere, vt illud aſportet abſque gabellarum ſolutione quod ſi quis non obſeruauerit ſi in dignitate fuerit conſtitutus deponantur: ſi ſimplex monachus degradetur à loco profeſſionis, & inferiori loco ſedeat, criminis qualitate conſiderata, ſi conuerſus, aut grauibus pœnis afficiatur, aut expellatur.

Arca pecuniarũ, & horrea monaſt. duab. clauib' muniãtur, & qualiterer claues diſtribuuntur.

9 In quolibet monaſterio conſtituatur arca duabus diuerſis clauibus munita, quarum altera ſit penes cellararium, altera penes aliquem ex ſenioribus, prout Prælato videbitur. arca vero ipſa in cubiculo Prioris monaſterij conſtituatur, vel in alio tutiori loco, in quã reponatur pecunia vndequaque proueniens; & in eadem teneatur liber in quo per ſcribam monaſterij ſcribatur pecuniarũ ſumma, quæ infertur, & quæ extrahitur. Eiſdem duabus diuerſis clauibus horrea muniantur, quæ ſimili modo conſignentur. Et per eundem ſcribam adnotentur ſingulæ partitæ, quæ inferuntur, & efferuntur, cum præſentia duorum monachorum monaſterij, à quibus & ſubſcribantur.

Si omnes æqualiter debeant neceſſaria accipere. Cap. XXXIIII.

Act. 2.

SICVT ſcriptum eſt diuidebatur ſingulis, prout cuique opus erat: Vbi non dicimus vt perſonarum (quod abſit) acceptio ſit: ſed infirmitatum conſideratio. Vbi qui minus indiget, agat Deo gratias, & non contriſtetur. Qui vero plus indiget, humilietur pro infirmitate, & non extollatur pro miſericordia, & ita omnia membra erunt in pace: Ante omnia, ne murmurationis malum pro qualicunque cauſa, in aliquo qualicunque

licunque verbo, vel ſignificatione appareat. Quodſi deprebenſus fuerit quis: diſtrictiori diſciplinæ ſubdatur.

DECLARATIO.

1 Congregationis expenſis emātur, & alantur ad ſummum octo equi, ſeu potius mulæ mediocris qualitatis, & nō magni valoris ad vſum Abbatis Generalis, & Diffinitorum, & aliorū officialium Sacri Monaſterij Montis Virginis pro viſitatione, & alijs cōmunibus negotijs Congregationis, & Monaſterij. Emantur equi, vel mulæ ad vſum Mó tis Virg.

2 Liceat etiam alijs monaſterijs pro publicis negocijs, ſicut pro colligendis frugibus, & prouentibus, &c. equum vnum, vel duos iudicio viſitatorum tenere: qui emantur, & alantur impenſis ipſorum Monaſteriorum, nec aliquis illis ad proprium commodum vti poſſit ſine obedientia ſui Prælati. Quodlibet monaſteriū poteſt habere equos ad vſum.

3 Et quia Procurator Generalis ordinis Romæ aſſiſtens tam æſtiuali, quam hyemali tempore magnos ſubſtinet labores, rationi conſentaneum eſt vt ſibi de neceſſarijs prouideat: Ideo præcipimus vt expenſis Congregationis ematur, & alatur equus vnus, vel mulus, aut mula ad vſum ipſius Procuratoris, vt feruentius ſuum exequatur officium, quo vti etiam poterit Prælatus, vel Cellar. Monaſt. in ipſius communibus ſeruitijs, cum Procuratori non erit neceſſarius. Procurator Gen. aſſiſtens Romę habeat equū ad vſum.

De ſeptimanarijs coquinæ. Cap. XXXV.

FRATRES ſic ſibi inuicem ſeruiant, vt nullus excuſetur à coquinæ officio; niſi aut ægritudine, aut in cauſa grauis vtilitatis quis occupatus fuerit: quia ex inde maior merces acquiritur. Imbecillibus autem procurentur ſolatia: vt non cum triſtitia hoc faciant: ſed habeant omnes ſolatia ſecundum modum congregationis, aut poſitionem loci. Si maior congregatio fuerit: Cellararius excuſetur à coquina, vel ſi qui vt diximus, maioribus vtilitatibus occupantur. Cæteri verò, ſibi ſub charitate inuicem ſeruiant. Egreſſurus de ſeptimana, ſabbato munditias faciat. Linteamina, cum quibus ſibi fratres, manus, ac pedes tergunt, lauet. Pedes vero, tam ipſe qui egreditur, quam ille qui intraturus eſt, omnibus lauent. Vaſa miniſterij ſui, munda, & ſana cellerario reconſignet, qui cellera-

rius item, intranti cõſignet, vt ſciat quid dat aut quid recipit.

SEptimanarij autem, ante vnam horam refectionis, accipiant ſuper ſtatutam annonã, ſingulos biberes, & panem: vt hora refectionis, ſine murmuratione, & graui labore, ſeruiant fratribus ſuis. In diebus tamen ſolemnibus, vſq; ad miſſas ſuſtineant. Intrantes autem, & exeuntes hebdomadarij, in oratorio, mox matutinis finitis, dominica, omnium genibus, prouoluantur: poſtulantes pro ſe orari. Egrediens autem de
Pſal.85. *ſeptimana dicat hunc verſum. Benedictus es domine Deus, qui adiuuiſti me, & conſolatus es me. Quo dicto tertio, accipiat be-*
Pſal.69. *nedictionem egrediens. Subſequatur ingrediens & dicat: Deus in adiutorium meum intende: domine ad adiuuandum me feſtina. Et hoc idem tertio repetatur ab omnibus, & accepta benedictione ingrediatur.*

DECLARATIO.

Qui debeat menſæ deſeruire.

1 MOnachi omnes (Prælato, & Cellarario exceptis) per circulum hebdomatim menſæ deſeruiant, hebdomadarios clericos, vel conuerſos adiuuando: Coquus tamen, & coquinæ miniſtri neceſſarij de conuerſis eligantur, vel ſi neceſſitas ſuadeat de ſecularibus prouideatur, qui ſint probatæ conuerſationis.

Ibi, *ſingulos bibares, & panem.*

Quis poſſit Ientaculum ſumere.

2 Hebdomadarius lector poteſt antequam legere incipiat duas, aut tres vncias panis, & vini ciatum ſumere, quod coquo, & alijs ſeruientibus conceditur, ne graue ſit eis vt ſanctiſſimus Pater ait ieiunium ſubſtinere.

Ibi, *prouoluantur.*

3 POſtquam Hebdomadarij ceremonias compleuerint, quæ ponuntur in textu, ſuper ſingulos eorum dicat ſuperior verſus, cum oratione, vt in tabella.

De infirmis fratribus. Cap. XXXVI.

INFIRMORVM cura, ante omnia, & ſu-
Matt. 25. *per omnia adhibenda eſt, vt ſicut re vera Chriſto, ita eis ſeruiatur, quia ipſe dixit. Infirmus fui, & viſitaſtis me. Et quod feciſtis vni, de his minimis meis, mihi feciſtis: Sed & ipſi infirmi conſi-*

conſiderent in honorem Dei ſibi ſeruiri, & non ſuperfluitate ſua contriſtent fratres ſuos ſeruientes ſibi: Qui tamen, patienter portandi ſunt; quia de talibus copioſior merces acquiritur: Ergo cura maxima ſit abbati: ne aliquam negligentiam patiatur: Quibus fratribus infirmis, ſit cella ſuper ſe deputata, & ſeruitor timens Deum, & diligens, ac ſollicitus.

DECLARATIO.

1 OMnis adhibeatur diligentia, vt infirmis fratribus per monaſterium in quo deputati fuerint, opere medicorũ ſubminiſtrentur medicinæ, omniaque neceſſaria, tam ſpiritualia, quã corporalia, ita vt omnino nulla re indigeant quæ ad animæ, corporiſq; ſalutem non ſolum neceſſaria, ſed etiam condecentia iuxta infirmorum neceſſitatem, & medicorum ordinationem, & ſint ſoliciti Prælati, & ſaltem ſemel in die infirmos perſonaliter viſitent, & conſolentur (legitimo ceſſante impedimento) curentq; vt illis quæcunq; ſeruitia tam diei, quam noctis tempore, per perſonas ad id deſputandas præſtentur; qui ſint omni manſuetudine, & caritate pleni, & ab omnibus alijs monachis ea charitas exhibeatur, & ita eis ſeruiant ſicut vellent ſibi ſeruiri. Superiores vero, aut Cellararij alijque miniſtri, qui in his neglıgentes, vel defeſectuoſi fuerint grauiter, & ſeuere pro modo culpæ, etiam pœna ſuſpenſionis, vel priuationis officiorum, Viſitatorum arbitrio puniantur. Cura adhibenda infirmis, & pœna Prælatorum negligentium.

2 Curent Prælati in omnibus eorum monaſterijs vt ædificentur loca deputata pro infirmis, cum omnibus neceſſarijs, nec vllo, aut labori, aut impenſæ parcatur, vt infirmi curentur; ſi autem extra Monaſterium curandos ducere contigerit, ita illis prouideatur per Prælatos, & Cellararios, vt nihilo prorſus indigeant eorum quæ ad animæ, corporiſque ſalutem fuerint neceſſaria. Loca edificanda p infirmis.

3 Mandamus, vt nullus fratrum noſtrorum petat conſilium, aut alloquatur cum medico: nec potionem aliquam, aut pillulas ad præſeruationem accipiat ſine ſpecialis Superioris licentia. Contrafaciens, ter ſeptem Pſalmos cum litanijs recitet. Infirmi qualiter ſe gerant in ſuis curationib⁹

4 Moneatur medicus, vt audita morbi qualitate ab infirmo, remedia, medicinas, ac victus rationes, non infirmo, ſed infirmario notificet. Medicus qlr admoneatur.

DIVISIO.

BAlneorum vſus infirmis, quotiens expedit, offeratur. Sanis autẽ, & maximè iuuenibus, tardius concedatur. Sed & carnium eſus, infirmis, omninoque debilibus, pro reparatione

tione concedatur: At vbi meliorati fuerint, à carnibus more ſolito omnes abſtineant. Curam autem maximam habeat abbas, ne à cellerarijs, aut ſeruitoribus negligantur infirmi, quia ad ipſum reſpicit, quicquid à diſcipulis delinquitur.

DECLARATIO.

Balneorũ vſus quãdo, & quo modo cõcedẽdus.

BAlneorum vſus non concedatur monachis niſi in magna neceſſitate, & vitæ periculo, ac de conſilio medici, ſi alijs remedijs ſubueniri non poteſt: habita tamen prius Abbatis Generalis, & Diffinitorum licentia, niſi maior inſtaret neceſſitas, quæ dilationem non pateretur: Et ne faciliter inducantur fratres ad balnea requirenda, Prælati non ſint faciles ad id concedendum. Nec præſumant Prælati ea concedere etiam in magna neceſſitate, cum datur facultas licentiam petendi ab Abbate Generali, & Diffinitoribus. Qui (ſi neceſſaria medico videbuntur) concedant, & fratri indigenti à Monaſterio ſuo ita prouideatur, vt non cogatur mẽdicare. Liceat tamen Prælatis eos mittere ad locum aeris ſaluberrimi medicorum iudicio. Quod ſi plures fratres etiam diuerſorum monaſteriorum balneari contigerit ſimul ſe iungant, ſimul habitent, ſimulq; comedant. Nec pecunias eis pro balneorum expenſis creditas in alijs expendant, rectoque itinere vadant, & reuertantur, nullo pacto ad alia loca diuertentes, aut vagantes. Contrafacientes, ex integro Pſalterium dicant, alias grauius puniantur. Nec omittant propter infirmitatem, confeſſionem, & communionem temporibus ſolitis, imo ſæpius confiteantur, & communicent.

De ſenibus, & infantibus. Cap. XXXVII.

LICET ipſa natura humana, trahatur ad miſericordiam in his ætatibus, ſenum videlicet, & infantum, & regulæ auctoritas eis proſpiciat. Conſideretur ſemper in eis imbecillitas, & nullatenus eis diſtrictio regulæ teneatur in alimentis, ſed ſit in eis pia conſideratio, & præueniant horas canonicas.

DECLARATIO.

1 LOnga experientia didicimus adoleſcentiores fratres ob nimias auſteritates, quaſdam incurabiles ægritudines incurriſſe, & præcipue in ſacro Monaſterio Montis Virginis propter naturalem illius loci aſperitatem. Hortamur ergo Prælatos, & patres Monaſteriorum, vt erga huiuſmodi adoleſcentes

ſcentes pium habeant, & paternum affectum, vt in ieiunijs, & vigilijs regularibus, ita diſcretum habeant intuitum, vt in validiori ætate, obſeruantiam regularis diſciplinæ, propenſiori fructu valeant obſeruare.

Pius ĩtuitus habẽdus erga adoleſcẽtes.

De hebdomadario lectore. Cap. XXXVIII.

MENSIS fratrum edentium, lectio deeſſe non debet: nec debet fortuito caſu, qui arripuerit codicem, legere audeat ibi: ſed lecturus tota hebdomada, dominica ingrediatur. Qui ingrediens, poſt miſſas, & communionem; petat ab omnibus pro ſe orari, vt auertat ab eo Deus ſpiritum eleuationis. Et dicatur hic verſus in oratorio, tertiò ab omnibus (ipſo tamen incipiente) Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam: Et ſic accepta benedictione: ingrediatur ad legẽdum. Summumque fiat ſilentium ad menſam: vt nullius muſitatio, vel vox niſi ſolius legentis ibi audiatur. Quæ verò neceſſaria ſunt comedentibus, & bibentibus: ſic ſibi inuicẽ miniſtrent fratres: vt nullus indigeat petere aliquid. Si quid tamen opus fuerit: ſonitu cuiuſcunque ſigni potius petatur, quam voce. Nec præſumat ibi aliquis, de ipſa lectione, aut aliunde quicquam requirere, ne detur occaſio: niſi forte Prior pro ædificatione voluerit aliquid breuiter dicere: Frater autem hebdomadarius, accipiat mixtum, priuſquam incipiat legere: propter communionem ſanctam, ne fortè, graue ſit ei ieiunium ſuſtinere. Poſtea autem cum coquinæ hebdomadarijs, & ſeruitoribus reficiat. Fratres autem, non per ordinem legant: aut cantent; ſed qui ædificent audientes.

Pſal. 50.

DECLARATIO.

1 OMni tempore tam ieiuniorum, quàm aliorum dierũ ſemper in prima, & ſecunda menſa habeatur lectio ſpiritualis, & primo legatur aliquid de ſacra Scriptura, ſecundo de Regula Sanctiſſimi Patris noſtri Benedicti cũ præſentibus ſuis declarationibus, vel etiam aliquid ex libris Piorum Doctorum, tertio de vita Sancti currentis, vel aliorum qui fuerunt in ordine Sanctiſſimi Patris, vel aliud quid ſpirituale: vt ædificentur monachi

In menſa, qualis lectio habẽda.

monachi comedentes etiam ſpiritu, & fratres grammaticam ignorantes habeant,& ipſi vnde paſcantur. In ſecunda verò menſa ſemper legatur lectio vulgari ſermone.

Seculares non comedāt in menſis monachorum.

2 Ordinatur vt nullo vnquam tempore, vel quacunq; cauſa in menſis monachorum ad comedendum introducantur ſeculares perſonę, licet ſint conſanguinei, aut fratres eorum: cum vero eos in monaſterio refici contigerit ſeparati in loco hoſpitum ſoli, vel cum aliquo monacho, qui eos edificet reficiantur, nec eis vſus carnium concedatur vllo pacto, ſi in monaſterio tali die non comedetur, ſub pœna comedendi ſemel in pane, & aqua.

Declaratio ibi. *Petat ab omnibus pro ſe orari.*

Lecturus in menſa, quę ſeruare debeat.

3 POſt ſextam, die Dominico, cui legendum erit in refectorio, genibus flexis in medio chori, dicat ter verſum, Domine labia mea aperies, & repetatur vt in textu, ſuperior verò dicat verſum, & orationem, vt in tabella.

Ibi. *Ingrediatur ad legendum.*

4 LEctor habita benedictione non prius legere incipiat quam fratres ſedeunt ad menſam, lectaque breui particula lectionis comedere incipiant fratres, ſed non niſi facto ſigno à Prælato, vt anima prius reficiatur quā corpus. In fine menſæ nemo ſurgat niſi prius dicto Deo gratias.

Ibi, *viciſſim.*

Qui legere debeāt in refect.

5 FIat tabella eorum qui legere debebunt, quique apti ſunt, & audientes ædificent,nulluſq; ab hoc officio excipiatur præter Prælatum, & Cellararium etiam abſente Prælato.

De menſura ciborum. Cap. XXXIX.

SVFFICERE credimus ad refectionem quotidianam, tam ſextæ, quam nonæ, omnibus menſis, cocta duo pulmentaria: propter diuerſorum infirmitates. Vt fortè, qui ex vno nō potuerit edere: ex alio reficiatur. Ergo duo pulmentaria cocta, fratribus ſufficiant. Et ſi fuerint inde poma, aut naſcentia leguminum, addatur, & tertium. Panis libra vna propenſa, ſufficiat in die: ſiue vna ſit refectio, ſiue prādij, & cænæ. Quòd ſi cenaturi ſunt. de eadem libra tertia pars à Cellarario reſeruetur: reddenda cenaturis. Quòd ſi labor fortè factus fuerit maior, in arbitrio,

&

& poteſtate abbatis erit, ſi expediat aliquid augere. Remota præ omnibus crapula, vt nunquã ſurripiat monacho indigeries. Quia nihil ſic contrarium eſt omni chriſtiano, quomodo crapula: Sicut ait dominus noſter. Videte ne grauentur corda veſtra in crapula, & æbrietate. Pueris vero minori ætate, non eadem ſeruetur quantitas: ſed minor quam maioribus: ſeruata in omnibus parcitate. Carnium vero quadrupedum, omnino ab omnibus abſtineatur comeſtio, præter omnino debiles, & ægrotos.

Luc. 11.

DECLARATIO.

1 IN Sacro Monaſterio Montis Virginis de monte ſeruetur conſuetudo illa laudabilis inueterata inmemorabilis, ac etiam miraculis confirmata, quod tam monachi ibi degentes, quam ſeculares perſonæ cuiuſcumque conditionis, ſtatus, & gradus vndecumq; confluentes, deuotionis, vel alia quacũque de cauſa accedentes, nunquam, non ſolum carnes, nec oua, nec lacticinia comedant, ſed omni tempore, cibis tantum quadrageſimalibus veſcantur, etiam ſi ſint infirmi qualicunque infirmitate, verũmtamen omni diligentia curent Prælati, vt quantum fieri poterit ſaltem bis in hebdomada recentes ibi potes habeantur.

Quibus veſcendũ eſt in ſac. monaſt. Montis Virg. de Monte.

2 In alijs vero locis, & monaſterijs Congregationis, præſertim in his in quibus piſcium, & aliorum quadrageſimalium ciborum, difficulter copia haberi poteſt, ſuperior poſſit diſpenſare, vt die Dominica feria 3. & 5. exceptis Quadrageſima, Aduentu, & Vigilijs, in refectorio etiam carnibus veſci poſſint: Extra vero refectorium nullo modo niſi valetudinarij, infirmitatis cauſa, & in locis recreationum, vel in hoſpitio.

Quibus diebus, & in quibus locis veſci poſsit carnibus monachi.

3 Feria 2. tantum ouis veſcantur, & lacticinijs, feria 4. & 6. & ſabbato ob reuerentiam Sanctiſſimæ Virginis MARIAE, tantum veſcantur quadrageſimalibus cibis. Feria vero 4. & 6. vnica refectione contenti ieiunent, niſi eadem hebdomada alia dies ieiunij inciderit. Per menſes Iulij, & Auguſti ieiunio feriæ quartæ poterit ob nimios eſtus diſpenſari, abſtineant nihilominus à cibis paſcalibus. A die autem Sanctæ Crucis excluſiuè vſque ad Aduentum Domini, & ab octaua Epifaniæ vſque ad Quadrageſimam 2. 4. & 6. feria ieiunent. Poterit tamen ſuperior diſpenſare, ſi in ipſis occurrerit aliquod ex feſtis infra deſcriptis; & per hebdomadam præcedentem Aduentum, & Quadrageſimam. A prima Dominica Aduentus à carnibus, & lacticinijs vſque ad Natiuitatem Domini abſtineant, & à feria ſecunda poſt dictam primam Dominicam vſq; ad vigiliam Natiuitatis Domini incluſiuè, quotidie ieiunetur, nec diſpenſetur quocumque ſuperueniente feſto.

Diſtributio ciborum per dies, & tẽpor.

4 In Monaſterijs ergo in quibus carnis vſus certis diebus vt ſupra

Menſura portionũ

diſpenſatur, animaduertant Prælati vt portio vniuſcuiuſq;, vncias ſex non excedat, & vna vice detur pulmentum in die.

5 Die lunæ in quo tantum ouis, & lacticinijs veſcuntur, duo oua ſingulis monachis in prandio, & duo in cæna tradant, & vna vice pulmentum. Caſeus autem ita diuidatur vt in tota hebdomada ſex vnciæ pro quolibet monacho diſtribuantur.

6 In diebus Quadrageſimæ, Aduentus, Quatuor temporum, & Vigiliarum, & aliorum ieiuniorum, vt ſupra inſtitutorum, ſi recens piſcis datur ad refectionem, quinque vnciæ cuilibet non excedantur, ſi ſalſus, quatuor tantum, & duo fercula. Quod etiam in Sabbato ſeruari volumus: In quo ſi non ieiunatur, tollatur vnum pulmẽtum, & portio piſcis ſiue recentis, ſiue ſalſi detur in prandio, & cæna. Omniq; tempore portio de naſcentijs fructuum videlicet, de piris, pomis, malis, vel nucibus, aut alijs pro vt loci, & temporis erit opportunitas.

7 De pane, & vino datur vnicuique quantum ſufficit iuxta naturam, & vſum aliarum Congregationum Diui Patris Benedicti, ita tamen vt ebrietas, aut ſatietas non ſurrepat. Hortamur autem fratres, ne vinum purum bibant, niſi ſanitatis ratio id exigat.

De menſura potus. Cap. XL.

VNVSQVISQVE proprium habet donum ex Deo, alius ſic, alius vero ſic. Et ideo cum aliqua ſcrupuloſitate à nobis menſura victus aliorum conſtituitur, tamen infirmorum cõtuentes imbecillitatem, credimus eminam vini per ſingulos ſufficere per diem. Quibus autem donat Deus tolerantiam abſtinentiæ, propriam ſe habituros mercedem ſciant. Quod ſi, aut loci neceſſitas, vel labor, aut ardor æſtatis amplius popoſcerit, in arbitrio prioris conſiſtat: Conſiderans in omnibus, ne ſurrepat ſatietas, aut æbrietas: licet legamus, vinum omnino monachorum non eſſe. Sed quia noſtris temporibus, id monachis perſuaderi non poteſt: ſaltem vel hoc conſentiamus, vt non vſque ad ſatietatem bibamus, ſed parcius: Quia vinum apoſtatare facit etiam ſapientes. Vbi tamen neceſſitas loci expoſcit, vt nec ſupraſcripta mẽſura inueniri poſſit, ſed multo minus, aut ex toto nihil, benedicant Deum qui ibi habitant, & non murmurent. Hoc ante omnia admonentes, vt abſque murmurationibus ſint.

Quibus horis oporteat reficere fratres.
Cap. XLI.

A SANCTO Paſcha vſque ad Pentecoſten, ad ſextam reficiant fratres, & ad ſeram cenent. A Pentecoſte autem tota æſtate: ſi labores agrorum non habent monachi, aut nimietas æſtatis non perturbat: quartâ, & ſexta feria ieiunent, vſque ad nonam. Reliquis vero diebus, ad ſextam prandeant. Quæ prandij ſexta, ſi opera in agris habuerint, aut æſtatis feruor nimius fuerit, continuenda erit, & in abbatis ſit prouidentia: Et ſic omnia temperet, atque diſponat, qualiter animæ ſaluentur. Et quod faciunt fratres, abſque vlla murmuratione faciant. Ab Idibus autem Septembris vſque ad caput Quadrageſimæ ad nonam ſemper reficiant fratres. In quadrageſima verò vſque ad Paſcha, ad veſperam reficiant. Ipſa tamen veſpera ſic agatur, vt lumine lucernæ non indigeant reficientes, ſed luce adhuc diei omnia conſumentur. Sed & omni tempore, ſiue cænæ, ſiue refectionis hora, ſic temperetur, vt, cū luce fiant omnia.

Declaratio ibi, *ab idibus autem Septembris, &c.*

1 HOc tempore ieiunetur vt ſupra: Feſta autem quibus poterit in ieiunio diſpēſari, hæc ſunt. Feſtum Sancti Matthęi Apoſtoli, & Euangeliſtæ, Dedicationis Sancti Michaelis Archangeli, Sancti Lucæ Euangeliſtæ, Sanctorum Simonis, & Iudæ. Omnium Sanctorum. Sancti Martini. Pręſentationis Beatæ Virginis. Sancti Andreæ Apoſtoli quando occurrerit extra Aduentum. Natiuitatis Domini cum tribus diebus ſequentibus. Circumciſionis Domini. Epiphaniæ Domini. Sancti Mauri abbatis. Sancti Antonij Abbatis. Purificationis Beatiſſimæ Virginis. Sancti Matthiæ quando extra Quadrageſimam venerit, & tituli Eccleſiæ extra Aduentum, & Quadrageſimam. Concedimus etiam Prælatis, vt in qualibet hebdomada, altera die præter prædictas feſtiuitates in ieiunio diſpenſare poſſit, vt ardentius his alijſq; reguleribus obſeruantijs inſeruiant.

Feſta quibus poſſunt Prælati diſpēſare in ieiunio.

Ibi *in Quadrageſima.*

2 Tempore Quadrageſimæ ita moderentur diuina officia, vt in meridie ſint perſoluta, & reficiantur fratres.

Hora refectionis tempore quadrag.

Ibi, *vt cum luce omnia fiant.*

Hora refectionis tempore hyemali.

3 CVm hoc non poſſit hyemis tempore ſeruari ob dierum breuitatem, propterea à Prælatorum pendeat arbitrio horum temporum, tam quoad ſolemnitatem officiorum, quam quo ad horam refectionis, habita locorum, & temporum diſcreta conſideratione, vt corporum valetudini conſolatur. A Sancto Paſcha vſque ad Calendas Octobris dicatur completorium poſt refectionem.

Vt poſt completorium nemo loquatur. Cap. XLII.

OMNI tempore ſilentio debent ſtudere monachi, maxime tamen nocturnis horis. Et ideo omni tempore, ſiue ieiunij, ſiue prandij, ſi tempus fuerit prandij, mox vt ſurrexerint à cœna, ſedeant omnes in vnum, & legat vnus collationes, vel vitas patrum aut certe aliquid, quod ædificet audientes. Non autem eptaticum, aut regum, quia infirmis intellectibus, non erit vtile illa hora hanc ſcripturam audire, alijs vero horis legantur. Si autem ieiunij dies fuerit, dicta veſpera paruo interuallo, mox accedant ad lectionem collationum, vt diximus, & lectis quatuor, aut quinque folijs, vel quantum hora permittit, omnibus in vnum occurrẽtibus per hanc moram lectionis: ſi quis forte in aſſignato ſibi commiſſo fuerit occupatus, occurrat. Omnes ergo in vnum poſiti compleant. Et exeuntes à cõpletorio nulla ſit licentia denuo cuiquam loqui aliquid. Quod ſi inuentus fuerit quiſquam præuaricari hanc taciturnitatis regulam, grauiori vindictæ ſubiaceat. Excepto ſi neceſſitas hoſpitũ ſuperuenerit, aut forte abbas alicui aliquid iuſſerit. Quod tamen, & ipſum cum ſumma grauitate, & moderatione honeſtiſſimè fiat.

DECLARATIO.

Loca, & tempora quib⁹ ſeruandũ eſt ſilẽtium, & pœnæ trãgreſſ.

1 SEcundum diſpoſitiones iuris communis, ſeruetur omni tempore ſilentium in choro. Eccleſia, Sacriſtia, Dormitorio, & Refectorio, etiam extra horam refectionis: & à ſigno Salutationis Angelicæ veſpertinæ, vſque ad primam ſequentis diei incluſiuè: ſub pæna comedẽdi in pane, & aqua in refectorio toties, quoties contrafecerint.

Quando

Quando verò neceſſitas, vel iuſta cauſa loquendi in prædictis tempore, & locis ſubeſt; id religioſè, breuiter, & ſubmiſſa voce fieri liceat, & vbique, vt bonos decet religioſos, linguam ſuam cuſtodire ſtudeant, memores illius Apoſtoli Iacobi. Si quis putat ſe Religioſum eſſe non refrenans linguam ſuam huius vana eſt religio.

Pulſetur primum ſignum Completorij, & fratres conueniant in Capitulo, ad audiendam ſpiritualem lectionem quæ duret pr quartam partem vnius horæ, & non vltra, qui autem tardè venerint genuflectant vſque ad ſignum Superioris. Lectio habéda ante complet. qualis, & quanta.

De his qui ad opus Dei, vel ad menſam tardè occurrunt. Cap. XLIII.

AD horam diuini officij, mox vt auditum fuerit ſignũ, relictis omnibus quælibet fuerint in manibus, ſumma cum feſtinatione curratur. cum grauitate tamen, vt non ſcurrilitas inueniat fomitem. Ergo nihil operi Dei præponatur. Quod ſi quis ad nocturnas vigilias, poſt gloriam Pſalmi nonageſimiquarti (quem propter hoc omninò protrahendo, & moroſe volumus dici) occurrerit, non ſtet in ordine ſuo in choro, ſed vltimus omnium ſtet, aut in loco quem talibus negligentibus ſeorſum conſtituerit abbas, vt videatur ab ipſo, vel ab omnibus, vſque dum completo, opere Dei publica ſatisfactione pæniteat. Ideo autem eos in vltimo, aut ſeorſum iudicauimus debere ſtare, vt uiſi ab omnibus, vel pro ipſa verecundia ſua emendentur. Nam ſi foris oratorium remaneant. erit fortè talis, qui ſe, aut collocet, & dormiat, aut certè ſedeat foris, vel fabulis vacet, & detur occaſio maligno. Sed ingrediatur intro, vt nec totum perdat, & de reliquo emendetur.

DIurnis autem horis, qui ad opus Dei poſt verſum, & gloriam primi Pſalmi, qui poſt verſum dicitur occurrerit, lege qua ſupra diximus, in vltimo ſtet, nec præſumat ſociari choro pſallentium, vſque ad ſatisfactionem, niſi forte abbas, licentiam dederit permiſſione ſua, ita tamen, vt ſatisfaciat reus ex hoc. Ad horam vero refectionis, qui ante verſum non occurrerit, vt ſimul omnes dicant verſum, & orent, & ſub vno omnes accedant ad menſam, qui per negligentiam ſuam, aut vitium

tium non occurrerit, vſque ad ſecundam vicem pro hoc corripiatur. Si denuo non emendauerit, non permittatur ad menſæ communis participationem, ſed ſequeſtratus à conſortio omniũ, reficiat ſolus, ſublata ei portione ſua vini, vſque ad ſatisfactionem, & emendationem. Similiter autem patiatur, qui & ad illum verſum non fuerit præſens, qui poſt cibum dicitur. Nec quiſquam præſumat ante ſtatutam horam, vel poſtea quicquam cibi, vel potus percipere. Sed & ſi cui offertur aliquid à Priore, & accipere renuerit, hora qua deſiderauerit, hoc quod prius recuſauit, aut aliud omnino non percipiat, vſque ad emendationem congruam.

Declaratio ibi, *Nam ſi extra oratorium remaneat.*

1 QVanta ſolicitudine ad diuina officia perſoluenda præparari nos oportet, Beatiſſimus Pater oſtendit in textu. Ideoq; ab eo non diſcedendo, ordinamus, vt benè conſideretur, & ad vnguem ſeruetur.

Modus ꝑcedendi cum deficientibus à choro.

2 Si quis à choro defuerit, requiratur, ne infirmitate grauatus ſit, & ſi ita erit, habeatur cura de eo, ſi vero ob negligentiam non venit, corripiatur ſemel in ſecundo, tertio autem, addatur etiam pœna mediæ culpæ.

3 Qui tardè occurrerint vt in textu, ſtent in loco negligentium, & completo opere Dei genuflectant in medio chori, vſque ad ſignum Superioris, recepturi ab eo pœnitentiam ad menſuram negligentiæ, quod ſi facere neglexerint, puniantur in pane, & aqua in terra in refectorio toties, quoties.

Ibi, *ad horam vero refectionis, &c.*

Tardè occurrentes ad refect. & ad cõmunia exercitia qr ſe gerant.

4 PVlſato vltimo ſigno ad refectorium, omnes conueniant, pronunciatoque à Superiore Benedicite, qui deinde ingrediuntur genuflectant, & facto ſigno à Superiore ſurgant.

Ibi, *corripiantur.*

5 QVi autem fuerunt iuxta cauſa occupati, vt humilitas oſtendatur, genuflectant, & expectato ſigno ſurgant, & tarditatis ſuæ rationem ſuperiori exponant, ſubmiſſa voce, vt cognoſcantur negligentes à legitimè occupatis.

6 Officiales, & miniſtri coquinæ, licet genuflectant, non tamen ſe excuſent, quia legitimè eos occupatos eſſe manifeſtum eſt.

7 Qnando vero aliquis monachus fuerit legitimè occupatus, adeo quòd non poſſit officio menſæ communibus exercitijs, & Congregationibus intereſſe, per ſe ipſum, vel per alium ſuperiori cauſam ſuæ tarditatis notificet, quod ſi contingat aliquem ab officio, menſa, exer-

exercitio, aut Congregatione, quomodocumq; congregata diſcedere, non præſumat niſi obtenta à Superiore licentia.

8 Prælati vero quando ſunt in alijs monaſterijs intrantes, aut egredientes chorum, ſeu refectorium, vel ſi tardè eos contigerit occurrere, nec licentiam petant, nec genuflectant, niſi ibi fuerit Abbas Generalis, aut aliquis ex viſitatoribus. Prælati I alterius Monaſt. acced. & reced. qd faciant.

De his qui excommunicantur quomodo ſatiſfaciant. Cap. XLIIII.

QVI pro grauioribus culpis ab oratorio, & à menſa excõmunicatur: hora qua opus Dei in oratorio percelebratur, ante fores oratorij proſtratus iaceat, nihil dicens, niſi tantum poſito in terra capite, & proſtratus pronus, omnium de oratorio exeuntium pedibus ſe proijciat. Et hoc tamdiù faciat, vſque dum abbas iudicauerit ſatisfactum eſſe. Qui dum iuſſus ab abbate venerit, prouoluat ſe ipſius abbatis pedibus, deinde omniũ veſtigijs fratrum, vt orent pro eo. Et tunc ſi iuſſerit abbas recipiatur in choro, vel in ordine, quo abbas decreuerit, ita ſanè vt pſalmum, aut lectionem, vel aliud quid non præſumat in oratorio imponere, niſi iterum abbas iubeat. Et omnibus horis, dum completur opus Dei, proijciat ſe in terram, in loco in quo ſtat, & ſic ſatiſfaciat, vſq; dum ei iubeat iterum abbas, & quieſcat iam in hac ſatisfactione. Qui vero pro leuibus culpis excõmunicantur tantum à menſa in oratorio ſatisfaciant, vſque ad iuſſionem abbatis. Et hoc ſemper faciant vſque dum benedicat, & dicat, ſufficit.

De his qui falluntur in oratorio. Cap. XLV.

SIQVIS dum pronunciat pſalmum, reſponſorium, aut antiphonã, vel lectionem fallitur, niſi cum ſatisfactione ibi coram omnibus humiliatus fuerit, maiori vindictæ ſubiaceat, quippe qui noluit humilitate corrigere, quod negligentia deliquit. Infantes vero pro tali culpa vapulent.

Decla-

Declaratio ibi. *coram omnibus.*

Qui errāt in choro qualiter ſe gerāt.

1 SI quis in choro modicum errorem commiſerit tantum manu terram oſculet: ſed ſi error fuerit talis quod alios etiam errare fecerit, aut notabilis, aut opus fuerit emēdari legendo, aut cantando, aut magnum ſtrepitum fecerit, completa lectione, antiphona, aut cantu (ſi forte in his fuerit occupatus) genuflectat ante Superiorem, donec factum ſibi ſignum fuerit.

De his qui in aliquibus rebus leuibus delinquunt. Cap. XLVI.

SI QVIS dum in labore quouis, in coquina, in Cellario, in miniſterio, in piſtrino, in orto, in arte aliqua, dum laborat, vel in quocunq; loco aliquid deliquerit, aut fregerit quippiam, aut perdiderit, vel aliud quid exceſſerit vbiubi, & non veniens continuo ante abbatem, vel congregationem ipſe vltro ſatisfecerit, & prodiderit delictum ſuum: dum per alium cognitum fuerit, maiori ſubiaceat emendationi: Si animæ vero peccati cauſa latens fuerit, tantum abbati, aut ſpiritualibus ſenioribus patefaciat, qui ſciant curare ſua, & aliena vulnera non detegere, ac publicare.

Declaratio ibi, *& non veniens.*

Qui errat notabiliter corā Prælato qualiter ſatisfac.

1 QVando aliquem monachum in præſentia ſui Prælati aliquem notabilem errorem committere contigerit, ſtatim coram Prælato ſatisfaciat, pœniteatque. Sed ſi Prælatus ita abſens fuerit, vt non poſſit ſua præſentia haberi pœniteat, & ſatisfaciat coram Congregatione in Capitulo, dicendo culpam ſuam ſuam: Si tamen error erit peccatum mortale (quod abſit) & eſſet notorius quamuis ſatisfecerit coram Prælato dicat nihilominus culpam ſuam in Capitulo propter fratrum ſatisfactionem.

De ſignificanda hora operis Dei. Cap. XLVII.

N*VNCIANDA hora operis Dei, die, noctuque, ſit cura abbati, aut ipſe nunciare, aut tali ſolicito fratri iniungat hãc curam, vt omuia horis competentibus compleantur: Pſalmos autem, vel antiphonas, poſt abbatem, ordine ſuo quibus iuſſum fuerit, imponãt: Cantare autem & legere nõ præſumat, niſi qui poteſt ipſum officium implere, vt ædiſtcentur audientes. Quod cum humilitate, & grauitate, & tremore faciat, & cui iuſſerit abbas.*

DECLARATIO.

1 PRimicerio, ſiue alio diligenti monacho ab ipſo ſubſtituto iuxta antiquum ritum hęc cura commictatur, laudaretur tamen Prælatus ſi per ſe hoc ageret.

Ibi. *Cantare, & legere.*

2 TAm deputati ad legendum in refectorio, quam in choro, vel ad cantandum, ſicut, & hebdomadarij ad ordinandum officiũ, & ſacrum faciendũ, prius præuideant quæ ſunt cantanda, aut legẽda, congruo tempore libros præparent, vt in cantando, aut legendo ſcandalum non oriatur. Contrafacientes graui pœna puniantur. Lecturi, legenda ꝑuideant

Ibi, *Qui poſſint ipſum officium implere.*

3 PRælati locorum cum conſilio ſeniorum eligãt fratres, quos idoneos, & ſufficientes iudicauerint in legendis caſibus conſcientiæ, & in cantu plano, qui doceant fratres minus idoneos huiuſmodi virtutes, & ſcientias. Lect. habendæ in oĩbus monaſterijs.

4 In ſacro monaſterio Montis Virginis, vel in alio, aut alijs, pro ut Abb. Generali, & Diffinitoribus expedire videbitur, habeatur ſemper lectio logices, Philoſophiæ, & Theologiæ lectio autem caſuum conſcientiæ in omnibus Prioratibus, ſaltem bis in hebdomada habeatur. Lect. habendæ in monaſterio. M.V.

5 Prælatos, & Superiores Monaſteriorum in quibus prædicta ſtudia ordinata fuerint, per viſcera miſericordiæ Dei noſtri hortamur, vt illis qui ſtudijs incumbunt, omnis tribuatur commoditas, vt ardentius incumbant eximenentes eos (ſi & quam opus fuerit) ab aliquibus exercitijs communibus, non tamen ab oratione mentali, nec ab horis Canonicis diebus feſtiuis ferialibus verò eximantur à Prima, & nona, non autem ab alijs regularem diſciplinam concernentibus. Deputent ſi opus fuerit ſeniorem de Monaſterio qui hu- Qui ſtudẽt à quibus eximantur.

iuſmodi ſcholis præſideat; ne tempus inutiliter teratur, ſed cuncta ſecundum Deum in ſcholarium profectũ pro viribus exequi procurent. Et vt prædicta plenius, & vberius obſeruentur, lectoribus artium, & theologiæ præcipimus, à lectione non ceſſare ab octaua Paſchatis excluſiuè, vſque ad Septuageſimam, ſi ad prædicandum mictantur (quod arbitrio Generalis, & Diffinitorum relinquitur) ſi vero non mictentur, prouideatur ipſorum neceſſitatibus, dummodo ſumma duodecim ducatorum non excedatur.

Lectores an mictātur ad pdicandũ.

De opere manuum quotidiano. Cap. XLVIII.

OCIOSITAS inimica eſt animæ, & ideo certis temporibus occupari debēt fratres in labore manuũ, certis iterum horis in lectione diuina. Ideoque hac diſpoſitione credimus vtraque tempora ordinari, ideſt vt à Paſcha vſque ad Kal. Octobris, mane exeũtes à prima vſque ad horam penè quartam laborent, quod neceſſarium fuerit, ab hora autem quarta, vſq; ad horam quaſi ſextam lectioni vacent. Poſt ſextam autem ſurgentes à menſa pauſent in lectis ſuis cum omni ſilentio, aut fortè qui voluerit ſibi legere, ſic legat vt alium non inquietet. Agatur nona temperius mediante octaua hora, & iterum quod faciendum eſt, operentur vſque ad veſperam. Si autem neceſſitas loci, aut paupertas exegerit, vt ad fruges colligendas per ſe occupentur, non contriſtentur, quia tunc vere monachi ſunt, ſi de labore manuum ſuarum viuunt, ſicut, & patres noſtri, Apoſtoli. Omnia tamen menſuratè fiant propter puſillanimes.

A Cal. autem Octobris, vſque ad caput Quadrageſimæ, vſque ad horam ſecundam plenam, lectioni vacent, hora ſecunda agatur tertia, & vſque ad nonam omnes in opus ſuum laborent, quod eis iniungitur, facto autem primo ſigno horæ nonæ diſiungant ab opere ſuo ſinguli, & ſint parati, dum ſecundum ſignum pulſauerit. Poſt refectionem autem vacent lectionibus ſuis, aut pſalmis.

IN Quadrageſimæ, vero diebus, à mane vſque ad tertiam plenam, lectioni vacent, & vſque ad decimam plenam operentur, quod eis iniungitur. In quibus diebus Quadrageſimæ

aeci-

accipiant omnes ſingulos codices de bybliotecha: quos per ordinem, ex integro legant: qui codices in capite Quadrageſimæ dādi ſunt. Ante omnia ſanè deputentur vnus, aut duo ſeniores, qui circumeant monaſterium horis, quibus vacant fratres lectioni, & videant ne fortè inueniatur frater accidioſus, qui vacet ocio, aut fabulis, & non ſit intentus lectioni, & non ſolum ſibi inutilis ſit, ſed etiam alios extollit. Hic talis ſi (quod abſit) repertus fuerit corripiatur ſemel, & ſecundo: ſi non emendauerit, correptioni regulari ſubiaceat, taliter vt cæteri metum habeant. Neque frater ad fratrem iungatur horis incompetentibus. Dominico die, lectioni vacent omnes: exceptis his, qui varijs officijs deputati ſunt. Si quis verò ita negligens, & deſidioſus fuerit, vt non velit, aut non poſſit meditari, aut legere: iniungatur ei opus, quod faciat, vt non vacet. Fratribus infirmis, aut delicatis talis opera, aut ars iniungatur, vt nec ocioſi ſint, nec violentia laboris opprimantur, vt effugentur. Quorum imbecillitas ab abbate conſideranda eſt.

Declaratio Ibi. *In quadrageſimæ vero diebus.*

1 IN diebus ieiuniorum, quando fit officium de feſto, poſt tertiam cantetur miſſa de feſto, & poſt nonam legatur miſſa de feria.

2 Si occurrrat aliquod exercitiū in monaſterio fieri, conuocetur fratres ad ſonum campanellæ Capituli, per extenſum, & fratres ſe congregent in loco ad hoc deputato, vt à Superiore audiant quale exercitium ſit faciendū, & in principio exercitij vnuſquiſque dicat genibus flexis Pater noſter, & Aue Maria, ad implorandum diuinum auxilium, vt deuotius opus perficiatur.

3 Et quando exercitium fit in loco quieto à pluribus quatuor, vnus eorum, per vices, legat aliquem librum ſpiritualium inſtructionū; ſi verò fuerit in motu, fiat cum ſilentio; aut ſi occurrerit loquendi neceſſitas, ſubmiſſa voce loquatur. Quid agē dū in cōmunibus exercit.

De Quadrageſimæ obſeruatione. Cap. XLIX.

LICET omni tempore vita monachi quadrageſimæ debeat obſeruationem habere, tamen quia paucorum eſt iſta virtus: ideo ſuademus, iſtis diebus Quadrageſimæ omni puritate vitam ſuā cuſtodire, omnes pariter negligentias aliorum temporum, his diebus ſanctis diluere. Quod tunc digne fit, ſi

ab omnibus vitijs nos temperemus, orationi cum fletibus lectioni, & compunctioni cordis, atque abſtinentiæ operam demus. Ergo his diebus augeamus nobis aliquid, ad ſolitum penſum ſeruitutis noſtræ: orationes peculiares, ciborum, & potus abſtinentiam, & vnuſquiſque ſuper menſuram ſibi indictam, aliquid propria volūtate, cum gaudio ſancti ſpiritus, offerat Deo, ideſt ſubtrahat corpori ſuo de cibo, de potu, de ſomno, de loquacitate, de ſcurrilitate, & cum ſpiritualis deſiderij gaudio ſanctū Paſcha expectet. Hoc ipſum tamen, quod vnuſquiſque offert, abbati ſuo ſuggerat: & cum eius fiat oratione, & voluntate: Quia quod ſine permiſſione patris ſpiritualis fit: præſumptioni deputabitur, & vanæ gloriæ, non mercedi. Ergo cum voluntate abbatis omnia agenda ſunt.

DECLARATIO.

Diſciplina in quadrag. quoties.

1 VT augeatur aliquid ad penſum ſeruitutis noſtræ, iuxta præceptum Sanctiſſimi Patris noſtri, vltra Pſalmos pœnitentiales, officium mortuorum, Pſalmos graduales, & alia ſpiritualia exercitia, prout in Breuiario, diſciplina, quæ in alijs temporibus fit feria ſexta, per totam Quadrageſimam quarta, & ſexta feria fiat, & in hebdomada ſancta addatur, & feria quinta.

De fratribus qui longe ab oratorio laborant, aut in via ſunt. Cap. L.

FRATRES, qui omnino longè ſunt in labore, & non poſſunt occurrere hora competenti ad oratorium, & abbas hoc perpendit, quia ita eſt, agant ibidem opus Dei, vbi operantur, cum tremore diuino, flectentes genua. Similiter qui in itinere directi ſunt, non eos prætereant horæ conſtitutæ, ſed vt poſſunt agant ſibi, & ſeruitutis penſum non negligant reddere.

De fratribus qui non ſatis longe proficiſcuntur. Cap. LI.

FRATRES, qui pro quouis reſponſo proficiſcuntur, & ea die ſperant reuerti ad monaſterium, non præſumant foris manducare, etiamſi à quouis rogentur, niſi forte eis ab abbate ſuo præcipiatur. Quod ſi aliter fecerint excommunicentur.

Declaratio Ibi. *Non præſumant foris manducare.*

1 SED neque pernoctare in domibus, poſſeſſionibus, vel locis, quibuslibet ſecularium, in ciuitatibus, vel locis, in quibus habentur monaſteria, vel loca Congregationis, etiam ſi ſit in itinere conſtitutus, qui autem contrafecerit culpæ grauis reus ſit. Pernoctã dum ſem per in mo naſt. vbi fuerint.

De oratorio monaſterij. Cap. LII.

ORATORIVM hoc ſit, quod dicitur, nec ibi quicquam aliud geratur, aut condatur. Expleto opere Dei omnes cum ſummo ſilentio exeant, & agatur reuerentia Deo, vt frater, qui forte ſibi peculiariter vult orare non impediatur alterius improbitate. Sed ſi alter vult ſibi forte ſecretius orare, ſimpliciter intret, & oret non in clamoſa voce, ſed in lachrymis, & intentione cordis. Ergò qui ſimile opus non facit: non permittatur expleto opere Dei remorari in oratorio, ſicut dictum eſt, ne alius impedimentum patiatur.

Declaratio Ibi. *Vt frater.*

1 SI quis ex fratribus voluerit peculiariter orare, nõ compellatur exire, niſi, ea hora, aliquod commune exercitium ſit faciendum. Poſt officium faciat Prælatus breuem morulam, in choro, vt ſi quid omiſerint fratres, in perſoluendo diuinum officium, ſatisfaciant Deo.

2 Singulis verò diebus, per ſpacium ſaltem vnius horæ, mẽtali ora-

tioni vacent, in ſanctæ deuotionis ſtudio: à Reſurrectione Domini, vſque ad feſtum Sanctæ Crucis, de menſe Septembris, poſt Nonã: in die vero ieiunij, poſt veſperas. A dicto autem feſto, vſque ad Paſcha, fiat poſt matutinum: Sit tamen in arbitrio Prælati, etiam in duas diuidere partes, ſci licet vnam poſt matutinum, & alteram, poſt completorium. In ſacro Monaſterio Montis Virginis de Monte, poſt orationem mentalem, liceat ire ad ignem, ibique ſint cum ſilentio, ſicque dicimus ſeruandum, in monaſterijs, in frigidis regionibus conſtitutis, aut etiam alijs temporibus frigidis, vbi permittimus, vt poſſint per quartam partem horæ, ad plurimum, ſimul eſſe & cũ ſilentio, vt ſupra, niſi à Superiore, vel à ſeniore, qui præſens erit, diſpenſetur, vt de fructu præhabitæ orationis percepto, vel alijs rebus ſpiritualibus colloquantur, & non de alia re.

De hoſpitibus ſuſcipiendis. Cap. LIII.

OMNES ſuperuenientes hoſpites tãquam Chriſtus ſuſcipiantur, quia ipſe dicturus eſt. Matt. 25. *Hoſpes fui, & ſuſcepiſtis me. Et omnibus, congruus honor exhibeatur, maxime tamen domeſticis fidei, & peregrinis. Vt ergo nunciatus fuerit hoſpes, occurratur ei à priore, vel à fratribus, cum omni officio caritatis, & primitus orent pariter, & ſic ibi ſocientur in pace, quod pacis oſculum non prius offeratur, niſi oratione præmiſſa, propter illuſiones diabolicas. In ipſa autem ſalutatione, omnis exhibeatur humilitas. Omnibus venientibus ſiue diſcendentibus hoſpitibus, inclinato capite, vel proſtrato omni corpore in terram, Chriſtus in eis adoretur, qui & ſuſcipitur. Suſcepti autem hoſpites ducantur ad orationem, & poſtea ſedeat cum eis prior, aut cui iuſſerit ipſe. Legatur coram hoſpite lex diuina, vt ædificetur, & poſt hæc omnis ei exhibeatur humanitas. Ieiunium à priore frangatur propter hoſpitem, niſi forte præcipuus ſit dies ieiunij, qui non poſſit violari. Fratres autem conſuetudines ieiuniorum proſequantur. Aquam in manibus abbas hoſpitibus det, pedes hoſpitibus omnibus, tam abbas, quam cuncta congregatio lauet, quibus lotis hunc verſum dicant. Suſcepimus* Pſal. 47. *Deus miſericordiam tuam, in medio templi tui. Pauperum autem, & peregrinorum maximè, ſuſceptio omni cura ſolicite exhibeatur, quia in ipſis Chriſtus magis ſuſcipitur. Nam di-*

uitum

uitum terror, ipſe ſibi exigit honorem.

COquina abbatis, & hoſpitum per ſe ſit, vt incertis horis ſuperuenientes hoſpites: qui nunquam deſunt monaſterio, non inquietent fratres: in quam coquinam ingrediantur duo fratres ad annum: qui ipſum officium bene impleant. Quibus vt indigent ſolacia adminiſtrentur, vt abſque murmuratione ſeruiant. Et iterum quando occupationem minorem habent exeant, vbi eis imperatur in opera, & non ſolum in ipſis: ſed, & in omnibus officijs monaſterij iſta ſit conſideratio, vt quando indigent, ſolatia accommodentur eis. Et iterum quando vacant, obediant imperanti. Item & cellam hoſpitum habeat aſſignatam frater, cuius animam timor Dei poſſideat, vbi ſint lecti ſtrati ſufficienter, & domus Dei à ſapientibus ſapienter adminiſtretur. Hoſpitibus autem, cui non præcipitur nullatenus ſocietur, neque colloquatur. Sed ſi obuiauerit, aut viderit ſalutatis humiliter, vt dictum eſt, & petita benedictione pertrãſeat: dicens ſibi non licere colloqui cum hoſpite.

DECLARATIO.

1 IN ſacro monaſterio Montis Virginis, ſeruetur laudabilis, & antiqua conſuetudo, in hoſpitibus ſuſcipiendis. Portinarij verò monaſteriorũ viſis hoſpitibus, conſiderata perſonarum qualitate, aut extra expectare faciant, aut monaſterij portam ingredi permittant, notumque faciant Superiori, & exequantur, quod eis à Prælatis fuerit ordinatum; vt curam is hoſpitum habeat, cui, vel quibus Abbas commiſerit. Si tamen occurrerit aliquis religioſus, vel Prælatus recipiatur officioſiſsimè, & tam iſti, quam alij ad Eccleſiam producantur, vt in textu. Hoſpites quis ſuſcipiat, &c.

2 Nullus autem monachus ad hoſpitium accedat, præter Superiorẽ, aut monachos deputatos, qui eligantur vita, & moribus probati. Nec tamen in hoſpitio comedant. Verum in aduentu Prælati, aut alicuius perſonæ grauis, liceat Superiori, vel alicui monacho de Superioris licentia, cum huiuſmodi viris refectionem ſumere, in loco ad id deputato. Ad hoſpitium quis accedere & comedere poſſit.

Ibi. *Suſcepti autem hoſpites.*

3 CAueant Cellararij, ne in diebus feſtiuis negocientur, vt poſſint, & ipſi diuinis officijs intereſſe, ſed ſi contingat, modeſtè, vt decet religioſos, ſe exhibeant in ſecularium hoſpitijs, ne ipſis ſcandalum præbeant, contentioneſque deuitent. Cellarij qñ negotiantur.

4 Fratres noſtri ad monaſteria, quauis de cauſa euntes, vt diſciplina regularis, quantum fieri poteſt vbiq; ſeruetur, ordinamus vt poſt duas ad ſummum in hoſpitio refectiones, cõmunem vitam ſequi debeant, diuiniſq; interſint officijs, & capitulo culparum; non ſecus ac ſi ibi conuentuales eſſent; niſi fortè ſint debiles, & infirmi, aut in negotijs occupati, quod Prælatorum diſcretioni relinquimus.

5 Hortamur etiam fratres noſtros, ne faciliter, pro quibuſuis hoſpitibus ad noſtra monaſteria accedere volentibus, literas comendatitias ſcribant, ſed honeſtè, & prudenter quantum poſsibile erit ſe excuſent.

Hoſpites quamdiu retineñt.

6 Et ne conuerſatio ſecularium perſonarum pacem, & quietem monachorum perturbet, ſtatuimus, vt nullus ſæcularis, aut alterius religionis monachus, cuiuſcumque ſtatus, aut conditionis exiſtat, etiam ſi aliqua parentela, & affinitate alicui monacho fuerit coniũctus, ad habitandum in noſtris monaſterijs ſuſcipiatur, etiam quouis pretextu, donationis, teſtamenti, legati, vel alius cuiuſuis cõmodi temporalis, vti hoſpes recipiatur vltra tres dies, abſque Abbatis Generalis, aut Viſitatoris licentia: Procuratoribus, aut alijs monaſteriorum ſeruitoribus exceptis, qui tamen non vltra decem dies continuos, abſque licentia vt ſupra retineri valeant.

7 Quoad mulieres ſeruentur conſtitutiones, Summorum Pont.

Si debeat monachus literas, vel eulogia ſuſcipere. Cap. LIIII.

NVLLATENVS liceat monacho, nec à parẽtibus ſuis, nec à quoquam hominum, nec ſibi inuicem literas, aut eulogia, vel qualibet munuſcula accipere, aut dare, ſine præcepto abbatis ſui. Quòd ſi etiam à parentibus ſuis ei quicquam directum fuerit, non præſumat ſuſcipere illud, niſi prius indicatum fuerit abbati. Quòd ſi iuſſerit ſuſcipi, in abbatis ſit poteſtate, cui illud iubeat dari, & non contriſtetur frater cui fortè directum fuerat, vt non detur occaſio diabolo. Qui autem aliter præſumpſerit, diſciplinæ regulari ſubiaceat.

DECLARATIO.

1 HAbeatur circa largitionis numerum diſtricta ratio bullæ Sanctiſſimi Patris Clementis octaui de donatiuis.

Ibi, *literas.*

2 Si aliquem ex monachis literas ſcribere oportuerit, non prius illas ſcribat; quàm licentiam à Prælato obtinuerit, quas ſcriptas à

ptas à Prælatis legi, ſubſcribique mandamus, ſimiliter quãdo eas ab alijs ad ſe directas acceperint, clauſas prælato præſentent, eaſque Prælati, vel eorum Vicemgerentes aperiant, legantque. Et ſi eis videbitur, fratribus, ad quos directè erunt, reddant, ſin autem prudenter negent. Monachi verò contrafacientes, grauis culpæ pœnam ſubeant.

3 Prohibemus, ne cui liceat, à quibuſuis Superioribus ad inferiores directas literas, aut è conuerſo aperire, aut legere, niſi de eorum voluntate, ſub pœna circularis diſciplinæ, totiès, quotiès. Si autem fuerit Prælatus, ſit ipſo facto ſuſpenſus ab adminiſtratione officij, vſque tertiò, per bimeſtre, quòd ſi vltra id attentare auſus fuerit, per triennium voce actiua, paſſiuaque priuetur. Modus circa literas dirigẽdas, & recipiẽdas.

4 Eidem quoque pœnæ, Prælatos reſpectu literarum ad Superiores, vel à Superioribus directas, & quoſcunque alios fratres, qui literas priuatis ſigillis munitas, fratribus, quibuſcunque directas, intercipere, aut aperire præſumpſerint, ſubiacere decernimus.

5 Prohibemus item, ne quis literas Romam ad quoſcumque ſcribere præſumat, ſine Abbatis Generalis licentia. Præter quam ad Sanctiſſimum Dominum noſtrum Papam, ad ſacram regularium Congregationem, & ad Illuſtriſsimos Dominos Cardinales, Protectorem, & Viceprotectorem. Contrafacientes ter pane, & aqua in refectorio puniantur, vel alia grauiori pœna iuxta literarum qualitatem. Eidemque pœnæ monachos Romæ commorantes, ſi eas receperint, ſubiacere decernimus. Per hanc tamen non intendimus, prohibere Prælatis, & negotia Congregationis agentibus, ne ſuper aliquo negocio, ſuæ obedientiæ occurrenti, ad Procuratorem Ordinis ſcribere poſſint.

De veſtimentis, vel calciamentis fratrum.

Cap. LV.

VESTIMENTA fratribus ſecundum locorum qualitatem, vbi habitãt, vel aerum temperiem dentur: quia in frigidis regionibus, amplius indigetur, in calidis vero minus, hæc ergo conſideratio pænes abbatem eſt. Nos tamen mediocribus locis ſufficere credimus monachis, per ſingulos cucullam, & tunicam. Cucullam in hyeme villoſam, in æſtate puram, aut vetuſtam, & ſcapulare propter opera. Indumenta pedum, pedules, & caligas. De quarum rerum omnium colore, aut groſſitudine, non cauſentur monachi, ſed quales inueniri poſſunt in

prouincia, in qua habitant, aut quod vilius comparari poteſt. Abbas autem de menſura prouideat, vt non ſint curta ipſa veſtimenta vtentibus eis: ſed menſurata. Accipientes noua, vetera ſemper reddant, in præſenti deponenda in veſtiario, propter pauperes. Sufficit enim monacho duas tunicas, & duas cucullas habere, propter noctes, & propter lauare ipſas res. Iam quod ſupra fuerit, ſuperfluum eſt, & amputari debet. Et pedules, & quodcunque eſt vetuſtum reddant, cum accipiunt nouum. Femoralia, hi, qui in via diriguntur de veſtiario accipiant, qui reuertentes, lota ibi reſtituant. Et cucullæ, & tunicæ ſint aliquanto, his quas habere ſoliti ſunt, modicè meliores: quas exeuntes in viam, accipiant de veſtiario, & reuertentes reſtituant.

STramenta autem lectorum ſufficiant matta, ſagum, lena, & capitale. Quæ tamen lecta frequenter ab abbate ſcrutanda ſunt, propter opus peculiare, ne inueniatur, & ſi cui inuentum fuerit, quod ab abbate non acceperit, grauiſſimæ diſciplinæ ſubiaceat. Et vt hoc vitium peculiare radicitus amputetur, dentur ab abbate omnia, quæ ſunt neceſſaria, ideſt cuculla, tunica, pedules, caligæ, bracile, cultellus, grafium, acus, mappula, tabulæ, vt omnis auferatur neceſſitatis excuſatio, à quo Act. 2. *tamen abbate ſemper conſideretur illa ſententia Actuum Apoſtolorum. Quia dabatur ſingulis prout cuique opus erat. Ita ergo & abbas conſideret infirmitates indigentium: non malam voluntatem inuidentium. In omnibus tamen iudicijs ſuis Dei retributionem cogitet.*

Declaratio Ibi. *De quorum colore.*

Albũ colorẽ oẽs veſtiunt. 1 ORdinamus, vt omnes monachi noſtræ Cõgregationis vniformiter eadem pannorum alborum qualitate veſtiãtur, tàm quò ad exteriores, quàm quo ad interiores occultiſſimas veſtes, ne quiſquam audeat alio quam albo veſtiri colore.

Ibi. *De menſura prouideat.*

Veſtium menſura. 2 QVoniam, vt infra dicemus, ſingulis monachis mantella duo, tunicas duas, & ſcapularia tria concedimus: quoad eorum menſuram ordinamus, vt tunicæ habeant manicas, ita longas, quæ alterum poſsit pugillum capere, & non maiores, ſint longæ vſque ad collum pedis, & non vltra ad quarum longitudinem equent ſcapularia, & mantellum de ſaia, Mantellum vero de panno, medium cruris

cruris non excedat. Scapularia nouitiorum ſint ſtricta, & protendantur vſque ad genua.

Ibi. *Sufficit enim.*

3 AD altercationes tollẽdas, quæ quoad veſtium aſſignationem oriri poſſunt, tum ob mutationes, tum quia non omnia monaſteria eodem poſſunt tempore, veſtes ſub miniſtrare, ſtatuimus, vt ſingulo quoque anno, ſingulis Sacerdotibus, per Cellararios aurei quindecim, pro omnibus ſuis neceſſitatibus comparandis, ſubminiſtrentur. Non Sacerdotibus, ſed in ſacris conſtitutis, duodecim: cæteris vero octo, Neque eis in pecunia, ſed in rebus quibus eos indigere à Prælato viſum fuerit dentur.

Aurei qđ aſſignẽt pro veſti tu.

4 Verum, ſi quem fratrem mutari intra annum contingat, nihil habeat amplius, quam quod pro rata temporis, quo in monaſterio à quo mutatur degit, ei debebatur. Si vero aliquid ſupra ratam ei ſubminiſtratum fuerit, illud plus à monaſterio, ad quod mutatus fuit, repetatur, quod ad mutati fratris rationem ponetur.

5 Si verò aliquæ pecuniæ, in mutatione ſupererant, conſignent mutando fratri, qui ſtatim ac ad monaſterium peruenerit, eius Cellarario de ſcientia Prælati, eas conſignet, ſuis neceſſitatibus impendendas. In obedientia vero, quæ mutando in ſcriptis dabitur, fiat mentio, tam de credito, quam de conſignato, vt fraudes tollantur.

Pecuniæ, quę ſi ſupererint quomodo aſportentur.

6 Et quoniam albus color valde ſubiacet immunditijs, quilibet monachus habeat tunicas duas, mantella duo, vnũ de panno pro hyeme, aliud de ſaia pro æſtate, Scapularia tria de ſaia. Veſtes verò interiores, arbitrio prælatorum, concedantur, habita locorum temporum, & complexionum conſideratione, vt Sanctiſſimus Pater in textu admonet.

Quot veſtes habẽdæ, & quę reſtituẽ.

7 Cum nouas veſtes facient, vetuſtiores reſtituant, iuxta textum, ne ſuperfluo grauentur ſuppellectili: ſed neceſſarijs tantummodo contenti ſint. A quibus, ſi quid ob charitatem, de ſcientia Prælati ſubtraxerint, propriam ſe habituros mercedem ſciant.

8 Qualitas autem panni ea ſit, & ornatus, vt neque ob luxum ſcandali præbeatur occaſio, neque ob ſordes, aut fracturã, grauitas monaſtica deueniat in contemptum. Quod diligenter aduerti per Viſitatores ſtatuimus, Deo rationem reddituri, ſe negligant. Berettina non ſint longa, aut notabiliter angulata, neq; in locis publicis deferantur, ſine capucio, præterquam in celebratione miſſarum, & veſperorum ſolemnium, & in labore manuali, propter calorem. & munditiam. Contrafacientes puniantur in pane, & aqua in refectorio; oſtinati verò, per publicam diſciplinam regularem.

Qualitas panni, & veſtium quæ.

9 Si quis repertus fuerit aliquid de ſuppellectilibus extraxiſſe, vti proprietarius grauiter puniatur.

10 Vltra dictos quindecim aureos, ſubminiſtrandos, vt ſupra, aſſignẽtur monachis cellæ, lectis munitæ, vt infra dicetur, ac omnibus ligneis, ſuppellectilibus neceſſarijs.

11 Pelliceæ ſi cui conceduntur à Prælato, non ſint de alijs, quam de agno- Pelliceæ quales.

agnorum pellibus, & ſub tunicis deferantur, ſi vero ſine pellibus fient, poſſint eis vti loco tunicarum. Anulos in digitis portare nullus præſumat. Chirotecæ monachis non permittantur, niſi cum equitauerint.

In mutationibus prouideatur, &c. quomô.

12 In mutationibus faciẽdis, prouideatur per Cellerarium monachis mutandis, de neceſſarijs ad mutationem, quorum neceſſariorum medietas ſubminiſtretur, per monaſterium, à quo mutatur, reliqua medietas à monaſterio ad quod mictitur, vt æqualiter grauẽtur.

Ibi. *Stramenta lectorum.*

Lectorũ ſtramenta quæ.

13 QVoad lectorum ſtramenta, prouideantur à Prælatis, vt vniformia, & conuenientia ſint, habita tamen naturæ complexionum, ætatum, & locorum ratione: Quorum lectorũ latitudo, quatuor palmos non excedat, ſimplicia ſint, & abſque conopeis, vel alijs quibuslibet ornamentis. In ſacro autẽ monaſterio Montis Virginis de Monte, propter nimium frigus, concedantur conopea, vel ſimplices lineæ cortinæ: Alibi vero non, niſi in hoſpitio, infirmaria, valetudinarijſq; monachis conopea, latioraq; concedant lecta.

Prohibẽtur odoramenta, & alia.

14 In cellis; non permictant Prælati, teneri odoramenta, ſpecula, picturas laſciuas, nec vanas, in capſis, ſcabellis, aut parietibus, aut ad eoſdem parietes cuiuſuis generis, & coloris ornamenta, aut alia huiuſmodi, ſtatui, & ſimplicitati religioſorum, non conueniẽtia, ſuperfluaque omnia iuxta textum. Vnde in ipſis cellis, nil aliud, præter lectum, libros, veſtes vſuales, capſam, ſacras imagines, aliaque neceſſaria habeant: Habere autem ibi aliquid ad eſum, potumque paratum nullatenus permictatur.

De menſa Abbatis. Cap. LVI.

MENSA abbatis cum hoſpitibus, & peregrinis ſit ſemper. Quotiens tamen minus ſunt hoſpites, quos vult de fratribus vocare, in ipſius ſit poteſtate. Seniorem vnum tamen, aut duos ſemper cum fratribus dimittendum procuret, propter diſciplinam.

DECLARATIO.

Fodẽ cibo, potu-

1 ABbas Generalis, & cæteri Prælati comedant, ſecundum laudabilem conſuetudinem noſtram, cum monachis in refectorio, niſi vel in hoſpitio, cum hoſpitibus, vt ſupra, vel cauſa infirmitatis, extra refectorium medici conſilio comedere præcipiantur: ſed & omnes eodem pane, eodem vino, eodemque veſcantur ferculo, neque ſingulare quicquam

quicquam, quo priuatim aliquis in cibum vtatur, ad menſam afferri poſſit, habeatur tamen ætatis infirmitatiſque ratio.

que oēs veſcant.

De artificibus monaſterij. Cap. LVII.

ARTIFICES ſi ſunt in monaſterio, cum omni humilitate, & reuerentia faciãt ipſas artes, ſi tamen iuſſerit abbas. Quod ſi aliquis ex eis extollitur, pro ſcientia artis ſuæ, eo quod videatur aliquid conferre monaſterio, hic talis euellatur ab ipſa arte, & denuo per eam non tranſeat: niſi fortè humiliato ei iterum abbas iubeat. Si quid vero ex operibus artificum venũdandum eſt, videant ipſi per quorum manus tranſigenda ſunt, ne aliquam fraudem præſumãt inferre. Memorentur Ananiæ, & Saphiræ, ne fortè mortem, quam illi in corpore pertulerunt, hanc iſti, vel omnes, qui aliquam fraudem, de rebus monaſterij fecerint, in anima patiantur. In ipſis autem pretijs, non ſurripiat auaritiæ malum, ſed ſemper aliquantulum vilius detur, quam ab alijs ſecularibus datur, vt in omnibus glorificetur Deus.

DECLARATIO.

1 SI contingat, aliquos monachos artifices eſſe, ob artis ſuæ exercitium, non ſint à diuinis officijs, alijſque cõmunibus exercitijs exempti: Nec extra monaſterium artem exercere, nec aliquid eorum opificum vendere poſſint, abſque Superioris licentia, & ad communem vſum monaſterij.

2 Nulli liceat imprimere, vel imprimi facere noua opera abſq; Capituli generalis licentia, Si quis autem contrafecerit, carceri mancipetur, pro qualitate delicti grauiter puniendus. Nec liceat in monaſterium nouos libros introducere, niſi de Prælati licentia, qui diligenter huiuſmodi libros inſpiciat, antequam licentiã concedat. Contrafacientes acriter puniantur arbitrio prælatorum.

Npn poſſunt ĩprimi noua opa abſque cap. gener. licentia.

De

De diſciplina ſuſcipiendorum fratrum.

Cap. LVIII.

1. Io. 4. *NOVITER veniens quis ad conuerſionẽ, non ei facilis tribuatur ingreſſus; Sed ſicut ait Apoſtolus probate ſpiritus ſi ex Deo ſunt. Ergo ſi veniens, perſeuerauerit pulſans: & illatas ſibi iniurias, & difficultatẽ ingreſſus, poſt quatuor, aut quinque dies viſus fuerit patienter portare, & perſiſtere petitioni ſuæ: annuatur ei ingreſſus, & ſit in cella hoſpitum paucis diebus. Poſtea autem ſit in cella nouitiorum, vbi meditetur, & manducet, & dormiat. Et ſenior ei talis deputetur, qui aptus ſit, ad lucrandas animas, qui ſuper eum omnino curioſè intendat, & ſollicitus ſit, ſi verè Deum quærit, & ſi ſollicitus eſt ad opus Dei, ad obedientiam, ad opprobria. Prædicentur ei dura, & aſpera, per quæ itur ad Deum, & ſi promiſerit de ſtabilitatis ſuæ perſeuerantia, poſt duorum menſium circulum, legatur ei hæc regula per ordinem, & dicatur ei. Ecce lex ſub qua militare vis, ſi potes obſeruare ingredere: ſi verò non potes: liber diſcede. Si adhuc ſteterit, tunc ducatur in ſupradictam cellam nouitiorum, & iterum probetur in omni patientia. Et poſt ſex menſium circulum, relegatur, ei regula: vt ſciat ad quod ingreditur. Et ſi adhuc ſtat, poſt quatuor mẽſes, iterum relegatur ei eadem regula. Et ſi habita ſecum deliberatione promiſerit, ſe omnia cuſtodire, & cuncta ſibi imperata ſeruare, tunc ſuſcipiatur in congregatione, ſciens ſe ſub lege regulæ conſtitutum, quòd ei ex illa die non liceat egredi de monaſterio, nec collum excutere de ſubiugo regulæ, quam, ſub tam moroſa deliberatione, licuit ei excuſare, aut ſuſcipere.*

SVſcipiendus autem, in oratorio coram omnibus promittat de ſtabilitate ſua, & conuerſione morum ſuorum, & obedientia, coram Deo, & ſanctis eius, vt ſi aliquando aliter fecerit, ab eo ſe damnandum ſciat, quem irridet. De qua promiſſione ſua faciat petitionem, ad nomen ſanctorum quorum reliquiæ ibi ſunt, & abbatis præſentis. Quam petitionem manu ſua ſcribat, aut certè ſi nõ ſcit literas, alter ab eo rogatus ſcribat,

&

& ille nouitius ſignum faciat, & manu ſua, eam ſuper altare ponat. Quam dum poſuerit: incipiat ipſe nouitius mox hunc verſum. Suſcipe me domine ſecundum eloquium tuum, & viuam, & non confundas me ab expectatione mea. Quem verſum omnis congregatio tertio reſpondeat, adiungentes, Gloria patri. Tunc ipſe frater nouitius proſternatur ſingulorũ pedibus, vt orent pro eo, & iam ex illa hora in cõgregatione reputetur. Res ſi quas habet, aut eroget prius pauperibus, aut facta ſolemniter donatione, conferat monaſterio, nihil ſibi reſeruãs ex omnibus. Quippe qui ex illo die, nec proprij corporis poteſtatem ſe habiturum ſciat. Mox ergo in oratorio exuatur rebus proprijs, quibus veſtitus eſt, & induatur rebus monaſterij. Illa autem veſtimenta, quibus exutus eſt reponantur in veſtiario conſeruanda: vt ſi aliquando (ſuadente diabolo) conſenſerit, vt egrediatur de monaſterio (quod abſit) tunc exutus rebus monaſterij, proijciatur. Illam tamen petitionem quam deſuper altare abbas tulit, non recipiat, ſed in monaſterio reſeruetur. Pſal. 118.

Declaratio Ibi. *Nouiter veniens, &c.*

1 VEniens quis ad Religionem, non recipiatur, niſi prius proponatur in Capitulo Generali, vel Prouinciali, & à maiori parte Capituli probetur, & omnia alia ſeruẽtur, de quibus in conſtitutionibus fel. rec. Sixti V. & Gregorij XIII. fit mentio, nec non quæ Beatiſsimus Pater Benedictus docet in textu, hoc addito, vt recipiendus ſit fidelis, catholicus, de nullo errore ſuſpectus, matrimonio non ligatus corpore ſanus, animo promptus, de legitimo thoro natus, debitis expeditus, conditione liber, ætatis ad minus annorum quindecim completorum, nulla vulgari infamia maculatus, competenter literatus. Eidem priuſquam ad habitum recipiatur legi, & declarari debeant, tam regula prædicta, quam præſentes conſtitutiones. Poſtquam autem ad habitum fuerit receptus, ter ei legantur. iuxta textus diſpoſitionem, priuſquam ad Profeſſionem admictatur. Aduertant tamen Prælati, quod nouitiatus fiat in ſacro monaſterio Montis Virginis, vbi qui non fuerint educati, victus, & aeris aſperitatem poſtea non valeant ſubſtinere. Nouitij quales, qualiterque recipiantur. Locus nouitiatus.

2 Ad profeſſionem non admictantur nouitij, niſi poſt decimum ſextum annum complexum, prout per ſacrum Conc. Trid. ſancitum eſt, ſi tamen poſt annum, eorum fuerit conuerſatio approbata, & comendata à monachis, ipſius monaſterij, & ſi per ſe ipſos officium diuinum recitare ſciant, & regulæ Sanctiſſimi Patris noſtri ceremo- In profeſſione q̃d obſeruãdum.

nias

nias,& alias obſeruantias didicerint, ne eos poſtea voti facti pœniteat, allegantes ignorantiam dicti inſtituti, tempore profeſsionis.

Cui ſtudeant nouitij.

3 Tempore probationis, ſtudio ſcholaſtico per annum non vacent, ſed diuinum adiſcentes officium, ac omnia ſtatui ſuo conuenientia, ſtudia orationis, & deuotionis vigilantes inſiſtant.

De bonis Nouitiorũ non licet diſponere, &c.

4 Nec licebit Prælatis, ſub pœna priuationis ab officijs, de bonis, & rebus, dictorum nouitiorum, aliquid diſponere, etiam per eos monaſterijs, nouitiatus tempore donatis, quia ſi contingat eoſdem redire ad ſeculum, omnia ſua ſtatim poſſint habere, iuxta determinationem Sac. Conc. Trid. quia ſicut Congregatio, ante profeſſionem, non acquirit aliquod ius, ſuper nouitios, ita nec ſuper bona temporalia illorum. Poſt emiſſam profeſſionem, ius acquirit etiam ſuper temporalia illorum, niſi prius illis renũcient iuxta decretum Sacri Concilij prædicti.

Nouitiatus tẽpus.

5 Mandamus item, iuniores fratres, ſub cura magiſtri nouitiorum, per quinquennium ad minus inſtituendi relinquantur, nec ammoueantur, niſi aliqua coacti neceſsitate diſpenſentur ab Abb. Generali, & Diffinitoribus cum conſilio magiſtri.

Ibi. *Poſt quatuor, aut quinque dies.*

Probatio nouitij.

6 NOuitius antequam ei detur habitus nouitialis, poſt quam terfuit, aut quater reiectus, ſi perſeuerauerit, ſtet, per quindecim dies, cum ſuis veſtibus ſecularibus, vt interim eius mores ab omnibus conſiderentur quibus diebus, ſe in pijs, & ſpiritualibus exercitijs, & meditationibus futuram vocationem ſuam concernẽtibus, ſerio ſub directione magiſtri nouitiorum exerceat.

Ibi. *Manducet, & dormiat.*

Nou. vbi comedãt

7 COmedant nouitij in refectorio, ſimul cum monachis in menſa ſeparata, vbi comodè videri poſſint à Prælatis, & dormiant in loco nouitiatus.

Ibi. *Liber diſcede.*

Nouitij expulſus qũo recipiatur.

8 SI autem nouitius, aut diſceſſerit, aut expulſus fuerit, non recipiatur in alio monaſterio, ſed neque in Congregatione, ſine licentia Capituli generalis, vel Prouintialis, & eo caſu probetur iterum per integrum annum à die ſecundæ receptionis.

Receptio nou qualiter fiat.

9 Concluſa nouitij receptione, fiat ei in ſero exhortatio per Patrem monaſterij, aſtantibus fratribus, & induatur ſub veſtibus religioſis, in loco, ſibi iuſſerit Prælatus. Sequenti mane, ad miſſam ſtatim poſt communionem Sacerdotis, ad altare maius à Prælato detur ei habitus nouitialis tunica, ſcilicet, & ſcapulare ſtrictum.

Mod' admittendi nouit. ad profeſſ.

10 Cum autem de nouitio ad profeſsionem admittendo inter fratres in Capitulo diſcutietur, ſi ibi fuerit aliquis conſanguineus nouitij vſque ad tertium gradum excluſiuè etiam ſi ſit Prælatus exeat de Capitulo, ſicut, & magiſter nouitiorum facta ſimpliciter relatione. In balloctatione vero cum alijs interſint. Nec præſumat quis quicquid

quid dictum in diſcuſsione, nouitiò, aut alijs reuelare, & qui contrafecerint tamquam ſcandalorum ſeminatores grauis culpæ pœna puniantur.

11 Non admictantur nouitij ad ordines tàm ſacros, quàm minores, ante emiſſam profeſsionem.

12 Adſit liber particularis, qui in tutò loco ſeruetur in eodem monaſterio, in quo petitionem manu ſua ſcribant in forma profeſſionis, prout in vltimo reperitur.

13 Proprio à Superiore aſſignato confeſſario confiteantur omnes nouitij, ac profeſſi non Sacerdotes, & communicent ſingulis Dominicis diebus per totum annum, ac etiam in feſtis de præcepto, vel cõſuetudine Congregationis infra hebdomadam occurrentibus. Nouitij, &profeſſi cui confiteantur.

14 Si vero pro conuerſis, ſeu oblatis recipientur, de Abbatis Generalis licentia Prælati monaſteriorum de conſenſu ſui Capituli iuxta locorum neceſſitatem recipere eos poſſint deputandos ad vtiles honeſtoſque labores, monachis aptos, ac talis conditionis exiſtentes, quod eorum receptio clero, & populo non modicam afferat ædificationem, quique ætatis ſuæ annum attigerint vigeſimum. Aliter vero recepti non admictantur, ſed à Congregatione expellantur per Capitulum Generale, vel Prouinciale. Oblatorum receptio qualis.

15 Qui quidem conuerſi, nullo vnquam tempore ad habitum nouitiorum, ſeu monachorum admictantur, ſed ſemel pro oblatis, ſeu cõuerſis recepti, eodem modo ſemper perſeuerent. Quod ſi aliter factũ fuerit, ſit eorum receptio, & admiſſio prorſus nulla, & in valida. Conuerſi nõ admictant ad habitũ monach.

16 Si per ſex annos in Congregatione perſeuerauerint, & fuerint in uita, & moribus probati per Capitulum monaſterij de licentia Abbatis Generalis poſsint admicti ad ſolemnem profeſſionem in cuius ſignum veſtibus benedictis induantur, & ex illa hora, omnium bonorum monaſterij, tam temporalium, quàm ſpiritualium participes eſſe decernimus, & propterea à ſe maiorem Deo ſeruitutem exhibendam, & actiuæ vitæ alacrius deſeruiendum eſſe ſciant. Conuerſi quãdo ad profeſſionẽ admictãtur.

17 Prouideant Cellararij eorum neceſſitatibus omni ſolicitudine, in charitate, & cum hac vita functi fuerint, fiant pro eorum animabus ſuffragia quæ fieri ſolent pro omnibus monachis.

18 Confiteantur ſaltem ſingulis quindecim diebus proprio aſſignato confeſſario, ſinguloque menſe ſanctam accipiant communionem, & in omnibus præcipuè feſtiuitatibus. Sintque Prælati ſoliciti ſuper huiuſmodi conſtitutione. Hortamur etiam prælatos, & locorum Cellararios, vt famulorum in monaſterijs eorum degentium ſaluti conſulentes, eos ad ſæpe confitendum, & ſancta communione reficiendum hortentur. Curent ijdem ſuperiores, vt nè dùm ſeruientibus ſecularibus, ſed etiam conuerſis, & oblatis ſingulis diebus feſtis fidei Chriſtianæ capita præſertim, quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt eis explicentur. Et vt hoc melius efficiatur præponatur illis aliquis probus ſacerdos qui illorum curam gerat. Et ſi fieri poteſt per annum ſtent in diſciplina ſacri monaſterij Montis Virginis. Cura habenda de animab⁹ oblatorũ & aliorũ ſeruientium.

Tonſura oblatorum.

19 Portent conuerſi coronam tonſam ſupra aures, nec barbam nutriant: & ſi qui ſunt in Congregatione qui in præſentiarum barbam deferant, ſiue iuuenes ſint, ſiue ſenes ſubito radantur, quòd ſi noluerint eijciantur de monaſterio.

Non addiſcãt literas.

20 Non permittatur à Prælatis conuerſos addiſcere literas ſub quouis quæſito colore. Qui vero legere ſciuerint non legant ſine licentia Prælati, & ita vt non prouocent alios, & ſcandalum aliquod oriatur.

Sint in choro, & modus orandi illorum.

21 Surgant nocte, & ſint in choro cum monachis poſt omnes vltimi (niſi nimio fuerint labore fatigati) conueniantque qui impediti non fuerint ad alias horas diurnas, & vltra ea quæ dicta ſunt in cap. de diſciplina pſallendi numero 4. vt penſum ſeruitutis Deo, & ipſi perſoluant dicant in nocturnis & matutino triginta tres Pater noſter, totidem Aue Maria, in qualibet horarũ ſeptem, & in veſperis duodecim, totidem in Completorio,

22 In refectorio comedant in menſis ſeparatis, & donec in Congregatione perſeuerauerint, caſtitatem, paupertatem, & obedientiam ſeruare teneantur.

De filijs nobilium, vel pauperum qui offeruntur. Cap. LIX.

SI quis fortè de nobilibus offert filium ſuum Deo, in monaſterio, ſi ipſe puer minori ætate eſt, parentes eius faciãt petitionem, quam ſupra diximus, & cum oblatione, ipſam petitionem, & manum pueri inuoluant, in palla altaris, & ſic eum offerant. De rebus autem ſuis, aut in præſenti petitione promittant, ſub iureiurando, quia nunquam per ſe, nunquam per ſuſpectam perſonam, nec quolibet modo, ei aliquando aliquid dent, aut tribuant occaſionem habendi. Vel certè, ſi hoc facere noluerint, & aliquid offerre voluerint, in elemoſinam monaſterio, pro mercede ſua, faciant ex rebus, quas dare volũt monaſterio donationem, reſeruato ſibi, ſi ita voluerint, vſufructuario. Atque ita omnia obſtruantur, vt nulla ſuſpitio remaneat puero, per quam deceptus, perire poſſit, quod abſit, quod experimento didicimus. Similiter autem, & pauperiores faciant. Qui vero ex toto, nihil habent, ſimpliciter petitione faciant, & cum oblatione offerant filium ſuum, coram teſtibus.

De-

DECLARATIO.

1 Quia pueros ætate minores quindecim annorum nō recipimus, ideo de his aliquid loqui non expedit.

De Sacerdotibus qui uoluerint in monaſterio habitare. Cap. LX.

Si quis, de ordine ſacerdotum, in monaſterio ſe ſuſcipi rogauerit: non quidem ei citius aſſentiatur. Tamen ſi omnino perſtiterit in hac ſupplicatione, ſciat ſe omnem regulæ diſciplinam ſeruaturum, nec aliquid ei relaxabitur, vt ſit ſicut ſcriptum eſt. Amice ad quid veniſti? Concedatur ei tamen, poſt abbatem ſtare, & benedicere, aut miſſas tenere, ſi tamen iuſſerit ei abbas. Sin alias, nullatenus aliqua præſumat, ſciens ſe diſciplinæ regulari ſubditum, & magis humilitatis exempla, omnibus det. Si fortè ordinationis, aut alicuius rei cauſa, fuerit in monaſterio, illum locum attendat, quando ingreſſus eſt monaſterium, non illum, qui ei pro reuerentia ſacerdotij conceſſus eſt. Clericorum autem, ſi quis eodem deſiderio monaſterio ſociari voluerit, loco mediocri collocetur: Et ipſe tamen, ſi promittit de obſeruatione regulæ, vel propria ſtabilitate. Mat.27.

DECLARATIO.

1 Sacerdotes ſeculares in eo habitu in Congregatione non ſinimus habitare. Venientes tamen ad Religionem Abbas Generalis (ſi ita videbitur oportunū) ob reuerentiam ſacerdotij ſuper alios nouitios collocare poterit. Non tamen permittimus, vt tempore probationis miſſas celebret propter humilitatis cuſtodiam. Poterit tamen Prælatus (ſi ita ſibi videbitur) cum ipſis diſpenſare in præcipuis feſtiuitatibus. Seruanda circa ſacerdotes nouitios.

De monachis peregrinis qualiter ſuſcipiantur. Cap. LXI.

Si quis monachus peregrinus, de longinquis prouincijs ſuperuenerit, ſi pro hoſpite voluerit habitare in monaſterio, & contentus fuerit conſuetudine loci, quam inuenerit, & non fortè ſuperfluitate ſua perturbat monaſterium, ſed contemptus eſt, quod inuenerit, ſuſcipiatur quanto tempore cupit. Si qua ſanè rationabiliter, & cum humilitate charitatis reprehendit, aut oſtendit, tractet abbas prudenter ne fortè propter eum, hoc ipſum dominus direxerit. Si vero poſtea voluerit ſtabilitatem ſuam firmare: non renuatur talis voluntas, & maximè quia tempore hoſpitalitatis potuit eius vita dignoſci. Quòd ſi ſuperfluus, aut vitioſus inuentus fuerit, tempore hoſpitalitatis, non ſolum, non debet ſociari, corpori monaſterij, verum etiam dicatur ei honeſtè, vt diſcedat: ne eius miſeria, etiam alij vitientur. Quod ſi non fuerit talis, qui mereatur proijci: non ſolum ſi petierit ſuſcipiatur, congregationi ſociandus: verum etiam ſuadeatur, vt ſtet: vt eius exemplo alij erudiantur, & quia in omni loco vni domino ſeruitur: vni regi militatur. Quem ſi etiam talem eſſe perſpexerit abbas, liceat eum in ſuperiori aliquantulum conſtituere loco. Non ſolum autem monachum, ſed etiam de ſupradictis gradibus ſacerdotum, vel clericorum, ſtabilirè poteſt abbas, in maiori quàm ingreditur loco, ſi eius talem proſpexerit eſſe vitam. Caueat autem abbas, ne aliquando de alio noto monaſterio, monachum ad habitandum ſuſcipiat, ſine conſenſu abbatis eius, aut literis commendatitijs, quia ſcriptum eſt: Quod tibi non vis, alteri ne feceris.

Declaratio Ibi. *Si pro hoſpite voluerit habitare.*

1 NOn recipiatur hoſpitio monachi alterius Religionis niſi habeant dimiſſoriales literas ſuorum Prælatorum iuxta Conſtit. fel. rec. Sixti Quinti.

Ibi. *Congregationi ſociandus.*

Mendicā 2 Nullus de ordine mendicantium profeſſus in Congregatione recipiatur

piatur iuxta prohibitionem Martini V. in extrauag. ſed neque alium alterius cuiuſuis Congregationis monachum, ſine cōſenſu Capituli Generalis, vel Prouincialis, aut ſaltem duarum partium, — tes non recipiantur.

Ibi. *Caueat autem.*

NOn permictatur à Superioribus monachos hoſpites noſtræ Cōgregationis, cum monachis monaſterij dormire, ſed collocentur hoſpitio ſeparato.

De Sacerdotibus monaſterij. Cap. LXII.

SI quis abbas ſibi presbyterum, vel diaconem ordinari petierit, de ſuis eligat, qui dignus ſit ſacerdotio fungi. Ordinatus autē caueat elationem, aut ſuperbiam, nec quicquam præſumat, niſi quod ei ab abbate præcipitur, ſciens, ſe, multo magis diſciplinæ regulari ſubditum. Nec occaſione ſacerdotij obliuiſcatur regulæ obedientiam, & diſciplinam, ſed magis, ac magis in Deum proficiat. Locum vero illum ſemper attendat, quo ingreſſus eſt monaſterium: præter officium altaris. Et ſi fortè electio congregationis, & voluntas abbatis, pro vitæ merito, eum promouere voluerit. Qui tamen regulā à decanis, vel præpoſitis conſtitutam ſibi, ſeruandam ſciat. Quòd ſi aliter præſumpſerit, non ſacerdos: ſed rebellio iudicetur. Et ſæpe admonitus, ſi non correxerit, etiam epiſcopus adhibeatur in teſtimonium: Quod, ſi nec ſic emendauerit: clareſcentibus culpis, proijciatur de monaſterio, ſi tamen talis fuerit eius contumacia, vt ſubdi, aut obedire regulæ nolit.

Declaratio Ibi. *Qui dignus ſit.*

1 CVm aliquis ex numero profeſſorum erit promouēdus ad ordines, præſentet ſe Abbati Generali, à quo licentia obtēta vt examinari poſſit (niſi ipſe Abbas examini intereſſe voluerit) præſentet ſe examinatoribus in capitulo adhoc, vt moris noſtri eſt ſpecialiter deputatis per Abbatem Generalem, & Diffinitores, qui illum diligenter examinent de ſufficientia literaturæ, de vita quoqne, & moribus, & ſi idonei fuerint reperti, approbationem faciant, nec tamen prius ordinentur quàm licentiam in ſcriptis ab Abbate generali obtinuerint. — Quid agēdum cum promouēdis ad ordines.

2 Qua-

Ipſi ſeruandum circa ordinãdos.

2 Quauis tamen neceſſitate vrgente ordinamus, vt nullus ad aliquẽ ſacrum ordinem promoueri poſſit, niſi de biennio in biennium à die profeſſionis, ſeruatis reliquis, quæ ſtatuit Sancta Tridentina Synodus quoad huiuſmodi ordinandos.

Ordinãdi reiecti ab epiſc. qualiter ſe gerãt.

3 Si qui vero examinati, & licentiati ab examinatoribus, Epiſcopis ſe præſentãtes inſufficientes, & minus idonei reperti fuerint, ideoq; reiecti, illi idem per integrum annũ non poſſint promoueri, nec præſentari, vt promoueantur, & interim locum poſt eos qui ordinati fuerint teneãt, etiam ſi ipſos profeſſione præceſſerint; vt ſic ſaltem rubore confuſi, magis ſoliciti reddantur ad ea addiſcenda quæ prius neglexerunt. Cum autem ordinati fuerint in loco ſuæ profeſſionis ipſo facto reſtituti intelligantur.

Miſſæ nouæ, vbi & qualiter celebrẽtur.

4 Inhibemus omnibus prælatis noſtræ Congregationis, vt in miſſis nouis celebrandis nullo modo permittant oblationes fieri, aut ſolemnes inuitationes, ſed ſimpliciter, & pure fiant, nec nouas miſſas in alienis eccleſijs, ſed tantum in noſtris celebrari permittant. Nec prius ad celebrationes, miſſarum admittantur, quàm ritè, ac rectè earum ceremonias ſciuerint iuxta rubricas Miſſalis Romani.

Hortatio ad nouos ſacerdotes.

5 Cũ autem ad celebrationem admiſſi fuerint ſtudeant mundos ſicut decet ſanctos ſe manutenere, & quia ſepties in die cadit iuſtus ſæpe peccata ſua confiteantur aſſignatis à Superiore confeſſarijs, & ſingulis diebus celebrare conẽtur, niſi fuerint legitimè impediti. Quod præcipuè ſuperiores omnes, & Prælati ſeruare curent, vt alios exẽplo præueniant, & ad id faciendum ſpontè, & ea qua decet deuotione inducantur.

Confeſſarij ſecularium quales eſſe debeant.

6 Quamuis in ordinatione, ligandi, ſoluendique ſacerdotes authoritatem recipiant, tamen confeſſionibus audiendis ſe immiſcere non præſumant ſine licentia Prælatorum. Quibus omnibus præcipimus, vt ad audiendum ſæcularium perſonarum confeſſiones non admittant, niſi idoneos, & ſufficientes ſecundum Sac. Trid. Conc. diſpoſitionem, & qui annos non compleuerint triginta; cum minores natu vix habeant eam peritiam, & grauitatem quæ tantum decet officium, & niſi prius verſati fuerint per aliquod notabile temporis ſpacium in ſtudio caſuum conſcientiæ, vt inter lepram ſciant, & lepram diſcernere, & ſint diligenter examinati ab examinatoribus, vel tempore viſitationis à Viſitatoribus: nec non ab ordinarijs iuriſdictionibus clauem obtinuerint. Qui vero contrafecerint ad arbitrium Viſitatorum grauiter puniendi, ſintq; ipſo facto à confeſſionibus audiendis ſuſpenſi.

cõfeſſarij nihil accipiant à pænitentibus.

7 Prohibemus item ne qui ad confeſſiones audiendas inſtituti ſunt, quauis pietatis occaſione, ſeù pauperibus eleemoſynæ faciẽdæ prætextu, aut miſſarum celebrandarum, aliquam pecuniam petant, aut oblatam a confitentibus accipiant quouis quæſito colore. Qui contrafecerit pro qualitate exceſſus puniatur, vſque ad priuationem officij: Si vero confitentes inſtarent aliquid dare dirigantur ad Sacriſtam monaſterij, aut communem capſam.

8 De

8 De Communione in Sacro Monaſterio Montis Virginis ſeruetur confuetudo Congregationis cum diſpenſanda fuerit fidelibus, quæ eſt quod omni tempore poſſunt fideles ad cõmunionem admitti præterquam in die Paſchatis Reſurrectionis. Aduenas vero & peregrinos, & hoſpites quos ad noſtra monaſteria venire contigerit, vel infirmari communicamus etiam in die Paſchatis. Cõio quibus,& qñ adminiſtretur.

9 Qui ad ſacros ordines promoti fuerint fugitiui, & extra obedientiam noſtræ Congregationis ſi redierint non admittantur ad ordinũ adminiſtrationem, niſi de conſenſu Capituli generalis, & ſeruata forma ſuperius deſcripta cap. 29. nu. 7. Qni extr. obed. ord. an miniſt. poſſ.

10 Interdicimus etiam omnibus noſtræ Cõgregationis fratribus tam Sacerdotibus, quàm non Sacerdotibus, & conuerſis ad monialium Monaſteria accedere, & acceptiones munuſculorum, literarum, nunciorumque pari lege prohibemus. Qui verò contrafecerint grauiori diſciplinæ ſubiaceant, & pœna decreti Congregationis regularium puniatur. Monialiũ lras &munuſc. accipiẽ. qr puniant.

De ordine Congregationis. Cap. LXIII.

ORDINES ſuos in monaſterio, ita conſeruet, vt conuerſionis tempus, & vitæ meritum diſcernit, vel vt abbas conſtituerit. Qui abbas non conturbet gregem, ſibi commiſſum, nec quaſi libera vtens poteſtate, iniuſte diſponat aliquid, ſed cogitet ſemper, quia de omnibus iudicijs, & operibus ſuis, redditurus eſt Deo rationem. Ergo ſecundũ ordines, quos conſtituerit, vel quos habuerint ipſi fratres, ſic accedant ad pacem, ad communionem, ad pſalmum imponendum, in choro ſtandum, & in omnibus omnino locis ætas non diſcernatur, in ordine, nec præiudicet, quia Samuel, & Daniel pueri, presbyteros iudicauerunt. Ergo exceptis his, quos, vt diximus altiori conſilio abbas prætulerit, vel degradauerit, certis ex cauſis, reliqui omnes, vt conuertuntur, ita ſint, vt verbigratia, qui ſecunda diei hora venerit in monaſterium, iuniorem ſe nouerit eſſe, illo, qui prima hora diei venit, cuiuslibet ætatis, aut dignitatis ſit. 1. Reg. 2. Dan. 13.

PVeris verò, per omnia ab omnibus diſciplina teneatur. Iuniores ergo priores ſuos honorent, priores iuniores ſuos diligant. In ipſa autem appellatione nominum, nulli liceat alium,

puro

puro appellare nomine: ſed priores, iuniores ſuos, fratres nominent, iuniores autem, priores ſuos, nonnos vocent, quod intelligitur paterna reuerentia. Abbas autem, quia vices Chriſti agere videtur, domnus, & abbas vocetur, non ſua aſſumptione, ſed honore, & amore Chriſti. Ipſe autem cogitet, & ſic ſe exhibeat, vt dignus ſit tali honore. Vbicunque autem ſibi obuiant fratres, iunior à priore benedictionem petat: transeunte maiore, iunior ſurgat, & det ei locum ſedendi, nec præſumat iunior conſedere, niſi ei præcipiat ſenior ſuus, vt fiat quod ſcriptum eſt. Honore inuicem præuenientes. Pueri parui, vel adoleſcentes in oratorio, vel ad menſam, cum diſciplina ordines ſuos conſequantur: foris autem, vel vbiubi cuſtodiam habeant, & diſciplinam, vſq; dum ad intelligibilem ætatem perueniant.

Diuiſio, Ibi. Ergo ſecundum ordines.

Prælati, & off. Cõgregationisq̃uo ſe inuicem præcedãt in ſeſſionib⁹, &c.

1 DEclaramus ſecundum antiquum morem Congregationis, vt poſt Abbatem generalem infra annum immediatum locũ teneat Prior clauſtralis, qui eſt Decanus ſacri Monaſterij Montis Virginis, & Vicarij generalis fungitur officio. Deinde Diffinitores ſecundum ordinem profeſſionis eorum. In celebratione autem Capituli generalis, & in viſitatione Diffinitores vt ſupra præcedant Decanum, niſi caſus (quod abſit) accidat quod per mortem, vel priuationem generalatus vacet, tunc enim Decanus præſidebit Capitulo, & præcedet. Poſt eos Procurator generalis ordinis. Poſt Procuratore hi qui generalis Abbatis aliquando functi fuerint officio. Poſt eos Prælati ſecundum ordines Capituli. Poſt Prælatos immediatum locum teneant, eorum Vicem gerentes ſeu Vicarij. Inde magiſtri nouitiorum, poſt ipſos Cellararij, ac demum alij officiales ſecundum ordinẽ profeſſionis ſibi inuicem deferentes. Hi abſentibus ſuperioribus monaſterij faciant ſigna etiam particularia. Similiter qui non ſunt ſuperiores actuales, ſed dignitate, & profeſſione priores idem faciant. Cœteri vero fratres ſint inter ſe ſecundum ordinem profeſſionis.

2 Vt autem prædictus ordo melius ſeruari poſſit in omnibus monaſterijs matricula habeatur omnium profeſſorum noſtræ Congregationis, in qua ſingulis annis deſcribãtur fratres, qui ad profeſſionem admittantur ſcribendo in ea diem, menſem, & anuum.

Ibi. *Exceptis his quos vt diximus.*

Viſitatores omni tpe præ-

3 Viſitatores in actu viſitationis (Abbate generali abſente) teneant primam ſedem ſecundi chori, quo tempore ſi adeſſet forte Abbas Generalis in ſignum reuerentiæ. Prelatus loci teneat ſecundã ſedem-

ſecunr

ſecundi chori, & omni tempore quo fuerint Viſitatores in aliquo monaſterio, quacunque de canſa ſemper habeant locum ſuper Prælatum loci, & ſigna præeminentiæ principalia dũtaxat faciant, ſibi inuicem deferentes ſecundum ordinem profeſſionis vt ſupra. *cedant p̃ latũ loci vbi fuerint.*

4 Conſtitutiones ſi quæ fient per Viſitatores, vel Prælatos monaſteriorũ pro bono regimine poſt officium eorũ durent, niſi à ſucceſſoribus reuocata fuerint; quas tamen reuocari prohibemus, niſi iuſtis de cauſis, qui autem contrafecerint puniantur grauiter. *Ordinat. Prelator. quantum durent.*

Ibi. *Iuniores ſuos fratres nominent.*

5 EX antiqua conſuetudine, & ex indulto fel. rec. Gregorij XIII. ad differentiam Mendicantium, monachi noſtri domni nuncupentur. *Monachi qũo nuncupandi.*

Ibi. *Benedictionem petant.*

6 IVniores cum pertranſeunt ante ſeniores benedictionẽ petant non verbo, ſed capitis inclinatione, in ſedilibus vero ſurgãt, & dent locum ſenioribus reuerenter. *Iunior. reuer. ergo ſeniores.*

7 Nullus egrediatur de monaſterio, niſi habita licentia à Prælato loci, qui eidem ſocium aſſignet, non petentis rogatu, ſed arbitrio ſuo, neque eundem ſæpe foras ire permittant Prælati. Si quò ire, vel in aliquo loco manere nequeant genuflectant ante eum dicentes Benedicite, quod etiam ſeruetur in reuerſione ad monaſterium. Si autem qui egredi voluerit fuerit Prælatus, non genuflectat, non autem egrediatur ſine ſcientia Prælati monaſterij. Superior verò nõ paſſim licentiam egrediendi concedat, ſine cauſa legitima ſibi nota, & expreſſa, de qua exiens in reuerſione teneatur eidem Superiori rationem reddere. *Egrediẽtibus de monaſterio quid agẽdum.*

De ordinando Abbate. Cap. LXIIII.

IN Abbatis ordinatione, illa ſemper conſideretur ratio, vt hic conſtituatur, quem ſibi omnis concors congregatio, ſecundum timorem Dei, ſiue etiam pars quanuis parua congregationis, ſeniori conſilio elegerit; vitæ autem merito, & ſapientiæ doctrina eligatur; qui ordinãdus eſt etiam ſi vltimus fuerit in ordine congregationis, quod ſi etiam omnis congregatio, vitijs ſuis (quod quidem abſit) conſentientem perſonam, pari conſilio elegerit, & vitia ipſa aliquatenus in notitiam epiſcopi, ad cuius diœceſim pertinet locus ipſe, vel abbatibus, aut Chriſtianis vicinis clarueri nt, prohibeant prauorum præua-

lere conſenſum, ſed domui Dei, dignum conſtituant diſpenſatorem, ſcientes pro hoc ſe recepturos mercedem bonam, ſi illud caſtè, & zelo Dei faciant, ſicut è contrario, peccatum, ſi negligant.

ORdinatus autem abbas cogitet ſemper, quale onus ſuſcepit, & cui redditurus eſt rationem, villicationis ſuæ, ſciatque ſibi oportere prodeſſe magis, quam præeſſe: Oportet ergo eum eſſe doctum lege diuina, vt ſciat vnde proferat noua, & vetera, caſtum, ſobrium, miſericordem, & ſemper ſuperexaltet miſericordiam iudicio: vt idem ipſe conſequatur: Oderit vitia; diligat fratres. In ipſa autem correptione, prudenter agat, & nequid nimis, ne dum nimis, cupit eradere eruginem, frangatur vas: Suamque fragilitatem ſemper ſu-
Eſa. 42. *ſpectus ſit, memineritque calamum quaſſatum, non conterendum. In quibus non dicimus, vt permittat nutriri vitia, ſed prudenter, & cum charitate ea amputet, prout viderit, cuiq; expedire: ſicut iam diximus, & ſtudeat plus amari, quam timeri: Non ſit turbulentus, & anxius: non ſit nimius obſtinatus, non ſit Zelotipus, & nimis ſuſpitioſus, quia nunquam requieſcet. In ipſis imperijs ſuis, ſit prouidus, & conſideratus, ſiue ſecundum Deum, ſiue ſecundum ſæculum ſit. Opera, quæ iniungit, diſcernat, & temperet, cogitans diſcretionem ſancti Iacob dicentis. Si greges meos plus in ambulando fecero labo-*
Gen. 33. *rare, morientur cuncti vno die: Hæc ergo, aliaque teſtimonia diſcretionis, matris virtutum ſumens, ſic omnia temperet, vt ſit, quod & fortes cupiant, & infirmi non refugiant. Et præcipuè, vt præſentem regulam in omnibus conſeruet, vt dum bene miniſtrauerit, audiat à domino quod ſeruus bonus, qui*
Mat. 24. *erogauit triticum conſeruis ſuis, in tempore ſuo. Amen dico vobis (ait) ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.*

Declaratio, & conſtitutio de Capitulo Generali.

Electio Prælatorũ, & officialium qualis.

1 IN electionibus ſeruetur conſuetudo Congregationis noſtræ Apoſtolico indultu firmata, vt nimirum Abbas generalis, Diffinitores, Decanus, Abbates, Prioreſque Monaſteriorum Cellararij, Vicarij, Lectores, cæterique officiales maiores eligantur in Capitulo, vel ſi contigerit infra annum eligantur per Abbatem generalem, & Diffinitores.

2 Capitulum autem Generale, vel Prouinciale ſemper celebrandum erit in Sacro Monaſterio Montis Virginis, cum ſit caput totius Cõgregationis, & ordinis noſtri. Sed antequam prædictum Capitulum celebretur, in omnibus Monaſterijs noſtris, quorum Priores in capitulo vocem habuerint, eligãtur conuentuales, ſeu diſcreti: quorum electio facienda hoc modo erit. Cap. vbi celebrandum.

Eligãtur cõuentuales, & qualiter.

3 In quolibet Monaſterio ex prædictis, per quatuor dies ad minus, & octo ad plus antequam diſcedẽdum ſit pro Capitulo; ipſa die qua electio fieri debet cantetur miſſa de Spiritu Sancto, & poſt Primam, vel Veſperas conuocet Prælatus, omnes fratres profeſſos in Capitulo, excluſis ab electione paſſiua infirmis quomodolibet, vel aliter legitimè impeditis, excluſis etiam non Sacerdotibus, excluſo denique Decano, ſeù Vicario, quem Prælatus pro Regimine, & vtilitate Monaſterij relinquat (non tamen excludetur ſi Prælatus aliqua cauſa impeditus non poſſit ire ad Capitulum) exhortatiſq; omnibus vt eum eligant ex ſacerdotibus in conuentualem, quem pro cæteris nouerint, timorem Dei habere, aſſiſtentibus hinc inde Prælato (quem, vt omnia ritè, & cum pace procedant, huiuſmodi electioni omni intereſſe volumus, non autem votum dare) duobus depuatis ſuperiorem locum in Capitulo habentibus, & poſito ante eos vaſe aperto omnes ſuffragia habentes deferant ſui voti ſchedulam in qua nomina electorum ſcribant eam complicent taliter quod à Prælato, & aſſiſtentibus legi poſſint, & in vaſe ponant: numerentur ſchedulæ, ſi ad numerum eligentium equentur, deinde legantur, & in quem omnes, vel maior pars, quæ medietatem excedat conſenſerit illius ſit firma electio. Quòd ſi in primo Scrutinio non fuerit facta, reiteretur toties modo prædicto quouſque ritè, & debitè fuerit celebrata. Quando vero vota medietatis eſſent paria, inter ipſos duos erit repetendum Scrutinium. Et ſi tertio repetito adhuc vota erunt paria, ſenior in profeſſione habeatur per electo, & à Prælato coram omnibus electio publicetur. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Qui excludãtur ab electione paſſiua.

4 Electo conuentuali ordinamus, vt Prælatus literas per vnum de monachis ſuis electionis huiuſmodi teſtimoniales cum appoſitione ſigilli ſui monaſterij ad Capitulum ſcribat ſub hac forma.

Amatiſſimi Patres. Poſt filialem comendationem mittimus ad charitates veſtras dilectiſſimum filium noſtrum N. in conuentualem ſecundum ordinationes noſtras legitimè electum, cui plenam, & indubitatam fidem in his quæ fratrum, & monaſterij noſtri vtilitatem concernunt adhibere dignemini. Valete in Chriſto ex monaſterio N. die menſe, & anno, &c. Et infra filij noſtri conuentus N. à tergò vero. Seruis Domini Noſtri Ieſu Chriſti congregatis in Capitulo Generali Montis Virginis de Monte in domino amantiſſimis.

Forma literarum quas ferre debent conuent.

5 Ad iſtos conuentuales ſpectat omnia monaſterij neceſſaria in ſcriptis, & cum ſubſcriptione omnium Monachorum ad Capitulum deferre; ea ſcilicet quæ poſt viſitationem occurrerint, & ea etiam

Quid agẽdum per conuent.

quæ fratres voluerint poſt præfatam viſitationem notificari Capitulo, vel Diffinitoribus in voce, vel ſcripto. Omnia ergo in ſcriptis redigant, & ſecretiſſima teneant ſub pœna priuationis ab electione per triennium, & quòd ſibi à fratribus fuerit impoſitum fideliter exequantur.

6 Conuentuales nō habeant vocem in electionibus faciendis in Capitulo generali, ſed ſupradicta tantum ſuo tempore exequantur, vt per Breue Gregorij xiij.

Monachi qui notificent capitulo quæ notificare velint.

7 Liceat etiā monachis qui voluerint aliqua notificare Capitulo per priuatas literas à conuentuali deferendas ea notificare, qui ſi ſcribere ſciuerint, per ſe ipſos eas ſcribant, ſin verò alius de licentia Prælati pro ipſis ſcribat, ſint autem literæ breues, & ſuccinctæ, & præcipuè proprijs ſubſcribantur nominibus, alias ſi quando in lucem venerint auctores literarum non ſubſcriptarum carceri mancipentur non relaxandi niſi per Abbatem Gener. & Diffinitores.

Ad capitulū, qui accedāt.

8 Statuta ergo die Prælatus (cui pro ſuo ſeruitio ſecum vnum oblatum ferre licebit) & conuentualis ſoli eant ad Capitulum; Aliorum autem fratrum nullus audeat ſub pœnis Superiorum arbitrio imponendis.

Cōuent. cū Prelat. accedat.

9 Conuentualis vero ſi ſolus ad Capitulum ſine Prælato ſua culpa venerit, ſemel in pane, & acqua die per Abbatem generalem, & Diffinitores, ſtatuta in refectorio manducet.

De tempore celebrandi Capitulum.

Abb. Generalis & aliorum Prelator. electio ad quantum temporis fiet.

10 QVia, & ſi Generalis Abbatis officium iuxta Breue Greg. xiij. & Conſtitutiones Pij V. ad triennium durare decernimus. Diffinitorum tamen, & Procuratoris Generalis ordinis quorum electio ad Capitulum ſpectat, Decani, Abbatum, & Priorum ad annum tantum durare (vſque ad triennium confirmandi, vel nouiter eligendi ſi bene ſe geſſerint) Sanctiſſimus Dominus noſter D. Clemens Papa viij. decernit: Propterea ſingulis annis in Dominica tertia poſt Reſurrectionem Domini, quæ erit dies 22. à die ſancto Paſchatis in Sacro Monaſterio Montis Virginis omnes vocales qui ſūt Abbas generalis Viſitatores, Decanus Montis Virginis, Procurator generalis Curiæ. Qui Abbatis generalis officio functi aliquando fuerint, & Abbates, ſeu Priores monaſterium, & Magiſter nouitiornm (ſi de corpore Capituli fuerit aſſumptus) ſup. cap. 21. congregari teneantur, niſi aliter in Capitulo præcedenti fuerit decretum.

Congregandi ad capitulū.

De modo celebrandi Capitulum.

Sermo habendus p Abb. general. ad Prelatos,

11 IPſa igitur die cantata ab Abbate generali ſolemniter miſſa de Dominica cum commemoratione de Spiritu ſancto, poſt Nonā pulſata campana Capituli, & omnibus qui ſunt de Capitulo in loco Capituli congregatis: genibus flexis mentali oratione præmiſſa: Abbas generalis ſermone hortatorio alloquatur hoc modo: Patres, &

& fratres, quia tempore Capituli omnia beneficia, dignitates, Prælationes, & officia generalis adminiſtrationis vacare debent ideo ego Pater N. humilis Abbas Generalis Sacri Monaſterij Mõtis Virginis, & totius Congregationis ſub regula Sancti Benedicti, vice, & nomine totius Capituli Generalis, & Apoſtolica conſtitutione, abſoluo omnes, & ſingulos, Viſitatores, Decanum, Abbates, Priores, & adminiſtratores omnium Monaſteriorum noſtrorum ab eorum officijs, & adminiſtrationibus, & eos abſolutos pronuncio. Tunc fratres diſcooperto capite reuerenter huic abſolutioni annuentes ſurgant, & vadant ad locum ſuæ profeſſionis. Et tunc Abbas Generalis (ſi eius fuerit triennium completum) ſubſequatur dicens: & ego idem Don N. denuncio me abſolutum iuxta tenorem Priuilegij, & Conſtitutionum Congregationis noſtræ ab officio Generalis Abbatiatus, & ab adminiſtratione monaſteriorũ poſt electionem tamen, & publicationẽ noui eligendi Abbatis Generalis. Placeat ergo Paternitatibus veſtris de magis idoneo prouidere.

& officiales ſinguli annis in capitulo.

12 Poſt hæc idem ipſe Abbas de exceſſibus ſuis petat obſolutionem ſecundum noſtram antiquam conſuetudinem, & facto ſigno à Decano Montis Virginis ſurgat. Et idem faciant Decanus, & Diffinitores Abbates, Priores, & alij Decani, & facto ſigno ab eodem Abbate Generali ſurgant omnes, & vadant ad locum ſuæ profeſſionis, quibus peractis deueniatur ad electionem Abbatis Generalis, & Diffinitorum ſeruata forma vt infra.

Abſolutio petẽda in capitulo.

13 Congregatis omnibus qui ſunt de Capitulo, cæteris excluſis cantetur Hymnus, Veni creator ſpiritus, cum verſiculis: Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur, &c. Saluos fac ſeruos tuos, &c. Eſto nobis domine turris fortitudinis, &c. Nihil proficiat inimicus in nobis, &c. Mitte nobis auxilium de ſancto, &c. Domine exaudi orationem. Dominus vobiſcum, & orationes; Deus qui corda fideliũ. Actiones noſtras. Famulorum tuorum quæſumus domine, & Interceſſio nos quæſumus domine beatorum Patrum noſtrorum Benedicti Abbatis, & Guilielmi Confeſſoris comendet, vt quod noſtris meritis non valemus eorum patrocinio aſſequamur. Per dominum, &c. Dominus vobiſcum. Exaudiat nos Dominus. Completiſque precibus ad actum celebrationis Capituli deueniatur.

Preces habẽdæ ante electionem prælatorum.

14 Et primo quærat Abbas Generalis an aliquis ſciat quempiam ex Prælatis priuandum eſſe voce actiua, & paſſiua, & aliquo denunciato Abbas Generalis tanquam præſidens Capituli decernat quid de eo fit agendum. Nullo autem denunciato Abbas Generalis habilitet omnia ſuffragia, & ſuppleat defectus ſi qui fuerint in electione eorum, quod facere debet, vt electio ſit canonica, & nullus indignus ad eam admictatur. Deinde Abbas ipſe præſtet, & alios præſtare faciat iuramentum, ſe electuros tam Abbatem Generalem, quàm cœteros miniſtros Congregationis eos quos iuxta conſcientiam ſuam pro communi bono Congregat meliores iudicauerint.

Quid faciendũ in capitulo poſt habitas pces.

15 Secundo loco Abbas prædictus cum patribus de Capitulo eligant

in

Ritus ſeruādus in electione Abb. Gene.

in voce tres diſquiſitores qui ſint de corpore Capituli, qui ſedentes in loco ad id præparato, habeant ante ſe vas, vocales ſinguli ſingulas ponant ſchedulas in quibus proponant tot Patres, quotquot generalatus officio dignos iudicauerint: Quæ ſchedulæ numerentur, vt videatur num ad numerum vocalium equentur, quod ſi deficientes, aut excedentes repertæ fuerint non legantur, ſed ſtatim comburantur, & iterum fiant, ſi autem æquales reperientur legantur, & ex propoſitis Patribus, ſex tantum eligantur ſcrutandi illi nimirum in quos vocum maior pars conſenſerit. Quòd ſi forte plures in eodem votorum numero concurrant, ſorte vnus, ſiue plures ex illis eligantur ad ſenarium numerum ſupplendum. Qui ſex ſigillatim ſcrutentur per balloctas modo infra deſcripto, & illius electio publicetur, in quem maior pars vocum (quæ ſaltem ex duabus de tribus partibus conſtare decernimus) conſenſerit. Quòd ſi in aliquo Scrutinio inueniatur cōcurſus vnanimis, non liceat ſuper alijs ſcrutari, ſed illius electio publicetur. Si vero æqualis erit in plures cōcurſus, iterum de illis tantum ſcrutetur, atque iterum quouſque electio fiat vnanimis, vel partis maioris vt ſupra.

Scrutiniū quomodo fiat.

16 Modus autem ſcrutandi ita ſeruetur, habeantur in medio Capitulo duo vaſa, ſiue lignea, ſiue terrea quorum ora pugillum clauſum bene capiant, ipſorumque vaſorum, quod in dextris eſt electionem monſtrabit, dentur ſingulis vocalibus balloctæ duæ, altera nigra quæ eligit, alba altera quæ excludit, pergenteſque vocales vnus poſt vnum ponant in vaſe dextro ſua vota, ſiue electiuum cum nigra, ſiue excluſiuum cum alba, reliquam quam habent balloctam in ſiniſtro vaſe ponant, de quo nulla ratio habebitur, caueantq; ſub pœna priuationis ipſo facto, ne cui ex patribus in capitulo exiſtentibus ſua vota quomodocunque oſtendere, vel manifeſtare præſumant, ſed illa clauſis tenentes pugillis ponant in vaſis. Omnibuſq; votis poſitis, tres ſcrutatores, ſeu Diſquiſitores electi, ad locum in quo vota poſita erunt accedentes ſcrutentur quotquot cōſenſerint in eum, ſuper quo Scrutinium factum eſt, eaque vota adnotent, eodemque modo ſuper alijs ſcrutentur, reſtitutis ſingulis vocalibus duabus balloctis, vt dictum eſt, & in quem denique maior pars vocum, vt ſupra conſenſerit, illius ſit firma electio: Et ſurgens antiquior ex Diſquiſitoribus, dicat alta, & intelligibili voce coram omnibus.

Abb. general. nouiter electus quomodo publicetur.

17 In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Amen. Hæc eſt electio Abbatis Generalis totius Congregationis Montis Virginis per dictæ Congregationis patres vocales canonicè celebrata. Anno Domini N. menſe N. die N. In qua electione. Reuerendus Pater Don N. habuit voces N. Reuerendus P. N. habuit voces tot, & ego Don N. vnus ex Diſquiſitoribus nomine eorum qui in dicta electione conſenſerunt nomino, & eligo in totius Congregationis Generalem Abbatem Reuer. P. Don N. in quem maior pars vocum conſenſit, & electum confirmo. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti,

ſancti, Amen. Et ſtatim ſchedulis combuſtis, electus induatur ſtola' & pluuiali, & cantor in cantu incipiat. Te Deum laudamus, & proceſſionaliter ipſum proſequendo ad Sacellum Beatiſſimæ MARIAE Virginis more ſolito procedentes obedientia Abbati Generali manus deoſculatione detur, qui omnes ad oſculum pacis recipiat.

18 Tertio loco eligantur Diffinitores de corpore Capituli in quorum electione eadem forma, & ordo ſeruentur, quæ in Abbatis Generalis electione, & pronunciatione deſcripta ſunt; hoc tantum excepto, quod illorum erit firma electio in quos maior pars vocum medietatem excedens conſenſerit. Quorum Diffinitorum duo per eundem antiquiorem Diſquiſitorem Abbatis Generalis aſſiſtentes, & Viſitatores declarentur (illi nimirum in quos maior votorum factus fuerit concurſus, & in cauſa æqualis concurſus, qui alios profeſſione præcedent) Reliqui vero duo declarentur aſſiſtentes Capituli qui tantum in Abbatum, Priorum, & aliorum officialium electione ſe immiſceant durante Capituli celebratione: abſoluto vero Capitulo, eorum etiam officium completum, & abſolutum intelligatur. Qui tamen ad alia officia, & dignitates eligi poſſint, quod nolumus de Diffinitoribus aſſiſtentibus Abbati Generali, & Viſitatoribus fieri poſſe, ſed illo tantum officio gaudeant eoque durante ad alia non eligantur. Qui etiam Diffinitores, & Viſitatores, nec inter ſe ſe affines, vel conſanguinei vſque ad ſecundum gradum incluſiuè, nec eiuſdem patriæ eligantur. Diffinitorũ electio qualiter fiat.

19 Quarto loco per eadē vota ſecreta vt ſupra de Diffinitoribus Procurator Generalis ordinis in Curia eligatur; & cum eius officium ſit maximi ponderis, is eligatur qui ſit approbatæ, & ſpectatæ probationis vir, Induſtriæque ac fidei quique non ſolum ingenio, & grauitate morum commedetur, & in Congregatione ſaltem per annos viginti vixerit, ſed, & cui vita in officijs laudabiliter acta firmum, & graue dederit teſtimonium poſſe tanti oneris, & honoris nomen ſuſtinere, vt ſingulorum monaſteriorum negocia curet, & cauſas defendat pro ut opus fuerit, ac de rebus publicis bonũ Congregationis concernentibus. Abbatem Generalem, & Diffinitores certiores faciat, & de priuatis negocijs Abbates, ſeu Priores monaſteriorum. Procuratoris curiæ electio qualis.

20 Quinto loco, & ſequenti die conuentuales, ſeu diſcreti in omnibus quæ præponere debebunt iuxta eorum mādatum audiantur, & omnibus per Abbatem Generalem, & Diffinitores examinatis, ſi qua pro reformatione Monaſteriorum, vel neceſſitatibus fratrum erunt ordinanda diſcutiantur, & prouideant prout expediens fuerit iudicatum. Audiātur diſcreti.

21 Sexto loco cum quatuor diffinitoribus prædictis Abbas Generalis ad inſtitutionem deueniat Abbatum, ſeu Priorum vocalium, Vicariorum, Cellarariorum, Lectorum, aliorumque officialium, & præcipuè procuratoris ad lites in Ciuitate Neapolitana qui ſit vir prudens, & prouidus, diſcretus, ſapiens, qui totius Congregationis, Elect. abbatum, & offic.

nis, & Monaſterij in dicta Ciuitate lites proſequatur, & tractet. Qui oẽs officiales prædicti ſint idonei ad munera ad quæ inſtituuntur, & ſaltem ij qui ad officia maiora promouendi ſunt per ſecreta vota eligantur.

Offic. domus Loretanæ.

22 In Loretana domo eligatur Vicarius qui præſit, & totius domus curam gerat. Eligatur etiam (ſi commodè fieri poteſt) lector caſuum conſcientiæ pro clericis ſęcularibus.

Abbat. & Priores q̃ ordinare poſſint.

23 Aduertant tamen Generalis Diffinitores, & Priores, quod nunquã ſuis conſtitutionibus huiuſmodi ordinationibus, & Regulæ declarationibus præiudicent, licet alia ordinare poſſint, quæ ad Congregationis reformationem, & monaſteriorum, ad monachorum pacem, & quietem, & ad ſæculariom porſonarum ædificationem conducant.

Scriba capituli qualis, & q̃d eius offic.

24 Eligant etiam ſcribam Capituli, qui ſit frater idoneus, integerrimus, peritus, & prudens, qui non ſit de Capitulo, voceturq; Cancellarius Patrum: Hic regiſtrabit literas, & alias ſcripturas ad Cõgregationem pertinentes, ſcribet, & reſpondebit quibus opus fuerit, prout Abbati Generali, & PP. Diffinitoribus videbitur. Hic etiã ſemper erit apud Abbatem Generalem, & in rebus Congregationis gubernium concernentibus, illum opere, & conſilio iuuet: in ipſo autem officio per multos annos vnum perſeuerare neceſſe eſt, vt non ſolum Abbati Generali, & Diffinitoribus actorum Capituli, rerum congregationis, Viſitationum, & Conſtitutionum plenã notitiam valeat ſubminiſtrare, ſed & toti Congregationi. Et ne multitudine negociorum obruatur, detur ei coadiutor tempore Capituli.

27 Abbas autem Generalis in negocijs ad eius officium pertinẽtibus, & ad Congregationis regimen, tantum Cancellario vtatur, ne res tanti ponderis fidei cuiuſcumque committatur.

Non eligatur ſecularis in actuariũ, ſed monachus.

26 Et cum deceat, vt neſciant laici, quid faciant clerici, quia exinde faciliter ſcandalizantur, ne vita monaſtica paruipendatur, mandamus, vt pro Patribus viſitatoribus, ſeu Diffinitoribus conſtituatur in Capitulo alius ſcriba grauis, & induſtrius monachus, qui in informationibus formañ pro Notario deſeruiat, & ea quæ mandata ſunt in ſcripto excipiat, Prælatorum ſcilicet, & aliorum fratrum, ad interrogata Viſitatorum reſponſiones: & præterea ſi qua voluerint ſponte Viſitatoribus, aut ſcripta tradere, aut verbo exponere, quæ cupiant, & poſtulent in acta referri, vel tempore Viſitationis à monachis, vel alijs temporibus infra annum, à monachis, & à quibuſcunque alijs perſonis etiam laicis.

Actuari' ſit ſecretus.

27. Vt autem omnia ritè (quantum fieri poteſt) procedant, & ſecreta teneantur, deferatur ſcribæ iuramentum de ſecreto tenendo, ne ijs publicandis, quæ ſibi in viſitationibus, vel alijs temporibus fuerint expoſita grauiſſimè puniendus ſi contrafecerit.

Formare proceſſus quibus, & q̃ñ liceat.

28 Quãdo viſitationis tempore aliquid occurrerit de quo proceſſum formari oporteat Viſitatores ambo, vel ſaltem vnus hoc faciat, nec vllo vnquam tempore per alios monachos hoc fieri liceat, quibus

ſcriba

ſcriba prædictus ſit pro Notario, ipſique ſecretiſſimè teſtes examinent, intra ſemetipſos cum Dei timore tractantes ſi vera ſint quæ exponuntur, nec faciliter omni ſpiritui credant, ſed probent ſpiritus ſi ex Deo ſint, nec aliquem ex ſola ſuſpitione infamari, vel condemnari permittant, ſed de expoſitis ſi de viſu, vel auditu, ſi ab homine graui deque cæteris circunſtantijs requirant, & omni qua decet prudentia, maturaque deliberatione procedant. Nec extra viſitationem abſq; rationabili cauſa per Abbatem Generalem approbanda querelæ recipiantur ante viſitationem geſtorum, ſed qui voluerit aliquid exponere in viſitatione, vel ante eam exponat, vt prouideri poſſit.

29 Scriba verò ſcripturas omnes, ſiue tempore viſitationis, ſiue extra productas à ſe, & ab vtroque Viſitatore, ſeu ipſorum altero ſubſcriptas Abbati Generali, & Viſitatoribus tradat, ſcribæ Capituli, ſeu Cancellario exhibendas. Scripturæ, quib⁹ tradēdæ.

30 Harum autem ſcripturarum nullum omnino volumus apud quempiam præter Abbatem Generalem, & Diffinitores, ſeu Viſitatores exemplar remanere. Qui poſtea ſimul ſine alio laicorum, vel conſultorum auxilio, aut conſilio apud ſemetipſos quid agendū ſit tractabunt (niſi de re graui, & publica ageretur, pro qua dandæ defenſiones, & appellationes, proceſſuſque ritè formandi eſſent, ne nullitates ſubſequātur actorum) Abbas vero Generalis nihil faciat abſque prædictorum Diffinitorum conſenſu. Puniāt ergo fratres delinquentes priuando, arguendo, increpando, carceribus mancipando, alijſque pœnis affligendo: Nec viſitatores aliqua inordinata affectione Prælatorum, aut aliorum fratrum vitia, vel exceſſus diſſimulando pallient, ſeu inordinata paſſione pluſquā, & vbi opus non fuerit inculpent, nec quærāt quid corrigant, ſed corrigant quæ inuenerint ſecundum Diuum Auguſtinum: ita vt eorum diſcretione, & conſilio cuncta ſecundum Deum diſponantur, tam in Viſitationibus, quam extra. Monachi vero delinquentes in omnibus humiliter Prælatis obediant, vt ſanentur. Mod⁹ puniēdi fratres delinquentes.

31 Eligantur demum quatuor idonei examinatores pro Confeſſarijs, & Prædicatoribus examinandis, pro ſcholaribus ad ſtudia promouendis, & pro monachis, & Presbyteris noſtræ iuriſdictionis ad ſacros ordines admittendis. Examinatorū electio.

32 Vltima die deueniant ad locum Capituli ad ſonum campanellæ, ac ibidem coram Abbate Generali, & toto Capitulo perſcribam Capituli tabella electionis omnium officialium, & aliorum quæ ſtatuta in ipſo Capitulo fuerunt publicetur. Publicatio capituli.

De ætate, & qualitatibus officialium eligendorum.

33 MAndamus in primis, vt nullus fratrum noſtrorum ad aliquem ſuperioritatis gradum eligatur niſi quinquennio, nec ad curam nouitiorum niſi nouēnio à promotione ad ſacerdotiū expletis.

34 Abbas Generalis is eligantur qui ſit maturus, prudens, diſcretus, omni Aetas, & qualita-

omni charitate, & bonitate plenus, qui ſit annorum ad minus triginta quinque, & qui in Prioratus, vel Diffinitoratus, aut Decanatus officio laudabiliter ſe geſſerit, eo quod ſit corpore ſanus, vt de ouibus ſibi commiſſis curam poſſit ſolicitam habere.

tes Abba. Gener.

35 Diffinitores non eligantur triginta annorum ætate minores, & qui Prioratus officio functi fuerint laudabiliter.

Diffin. & Dec. ætas & qualit.

36 Decanus ſacri Monaſterij Montis Virginis, qui eſt etiã Prior clauſtralis, nõ eligatur ætate minor triginta quinq; annorum, & qui ſaltim Prioratus, vel Diffinitoratus officio laudabiliter functus fuerit.

Superiorum crebra mutatio vitanda.

37 Quia experientia teſte Abbatum, ſeu Priorum crebram mutationẽ monaſterijs, in temporalibus, & ſpiritualibus damnoſam eſſe didicimus: Idcirco in electione Prælatorum Abbatum, ſeu Priorum huiuſmodi crebram mutationem vitari monemus: & quantum fieri poterit non mutentur niſi elapſo triennio: Quo elapſo in eodem loco Priores de nouo eligi, nullo modo volumus. Præterquam ob aliquam cauſam rationabilem in ſcripto exponendam.

38 Et qui anno præterito fuerit Prælatus non poſſit excludi, niſi ex cauſa cognita in viſitatione, vel in Capitulo Diffinitorio per maiorem partem probatam.

Superiores noui quomodo inſtituantur.

39 Similiter quando aliquis de nouo erit inſtituendus, niſi maior pars Diffinitorum conſenſerit, minimè inſtituatur, Priores autem, aut Abbates locorum, vt in omnibus ad diuinum cultum, & ad monaſterij gubernium, & adminiſtrationem ſpectantibus debitam poſſint curam adhibere, niſi corpore ſani ſint non eligantur.

40 Cellararij, & adminiſtratores alij rerum temporalium, ad ſuperiorum nutum amouibiles iuxta Conc. Trid. eligantur.

De poteſtate Abbatis Generalis, & Deffinitorum.

41 ABbati Generali qui Sanctiſſimi Patris Benedicti perſonam repræſentat ab omnibus omnis honor, omniſq; exhibeatur reuerentia ipſeque ſolus loci præeminentiam vbicunque fuerit habebit, & ſigna tam particularia faciat quam generalia.

42 Teneat apud ſe ſigillum magnũ Congregationis quò vti ſolent Patres quando aliquid præcipuum Capituli, & regiminis fieri ſolet: Habeat regiſtrum Capituli, ſed aliæ ſcripturæ permaneant in archiuio vt dictum eſt ſupra.

43 Ad ipſum deferantur ſingula Congregationis negocia quæ intra annum occurrerint, ad eundemque principaliter pertinet executio eorum, quæ per Capitulum fuerint ordinata.

44 In his autem quæ intra annum occurrerint pro euitandis, aut ſedandis ſcandalis, & pace ſeruanda ſimul cum Viſitatoribus poterit vt melius videbitur prouidere, & omnes fratres locorum, ſuis prouiſionibus obedire teneantur.

45 Caueant Abbas Generalis, & Diffinitores ne in diſtribuendis officijs, aut alijs ordinandis inordinata aliqua paſſione, aut affectione moueantur, ſed omnia ſecundum Dei timorem diſponantur. Quod

ſi ali-

ſi aliter (quod abſit) fecerint, per Diffinitores, & Abbatem Generalem ſequentis Capituli puniendos eſſe ſciant.

46 Abbas Generalis poterit benedicere calices, corporalia, cæteraq; Eccleſiaſtica paramenta, & Aggere quæ Abbates facere ſolent, ſeruata forma Bullæ, & conceſſionis Vrbani Papæ 4.

47 Abbas generalis habet authoritatem in ſpiritualibus, & temporalibus ſuper vaxallos, cum quibus iura Epiſcopalia exercet. Statuimus ergo, vt iuxta antiquam conſuetudinem viſitet ſimul cum Patribus Viſitatoribus omnes Eccleſias tam Parrochiales, quam non Parrochiales, omneſque perſonas eccleſiaſticas ſuæ iuriſdictioni ſubiectas, & omnes confraternitates, & loca pia. Sed & Synodum iuxta morem congreget ſeruata forma Conc. Trid. aliaque faciat, quæ animarum ſaluti conducere viderit, ſciatq; ſe de omnibus Deo rationem redditurum. Exercenda p Abb. Gen. circa vaſſallos.

48 Abbas Generalis cum conſenſu vnius ex Viſitatoribus diſponere poterit quotieſcunque facienda mutatio monachorum de vno ad aliud monaſterium erit infra annum, vbi ſalus animæ corporiſque fratris exigerit.

49 Viſitationis tempore Abbas Generalis, & Diffinitores, vel eorum quilibet in actu viſitationis exiſtens lites inter monaſteria,& monaſteria & inter perſonas Congregationis audiant, ſeu audiat,& ſummariè, & de plano ſola facti veritate inſpecta iudicent, & terminẽt, ſeu iudicet, & terminet. Terminare lites qs poſſit.

50 AbbasGeneralis ſimiliter omni tempore habeat authoritatem abſoluendi a caſibus reſeruatis, vt infra, ipſamque delegandi. Similiter, & Viſitatores in actu viſitationis tantum. Abſolu. à reſuatis qs. poſſit.

51 Si intra annum Abbas Generalis qualibet de cauſa Viſitatores, aut alios Patres, in aliquo loco extra ſacrum Monaſterium Montis Virginis de Monte congregare voluerit, niſi de vnius ſaltem Viſitatoris conſenſu id facere non poſſit. Quod ſi facere auſus fuerit actiua, paſſiuaq; voce in futuro Capitulo per Decanum ipſius Sacri monaſterij priuatus declaretur. Cõgregare monachos in aliquo monaſt. qs poſſit.

52 Si ipſum Abbatem Generalem ante completum officium mori, aut ſuo priuari officio, vel aliquod legitimum impedimentum habere, & tale quod Congregationem omnino ſalubriter regere non poſſit, idque ante feſtum omnium Sanctorum occurrat tunc Decanus Sacri Monaſterij Montis Virginis tanquam Generalis Vicarius cum Viſitatoribus Congregationem vſque ad proxima celebranda comitia regere debebit, cui omnes monachi obedire teneantur. Ipſiuſque Decani officium erit Capitulum congregare, illique præſidere tanquam primum locum apud Abbatem Generalem obtinentis. Decanus quando ſupplere debet vices Generalis.

53 Ad Abbatem Generalem, & Diffinitores cum opus fuerit, aut propter ſcandalum vitandum, aut propter aliam rationabilem cauſam ordinata per Capitulum de omnium conſenſu ſuſpendere pertinet vſque ad futurum Capitulum, non tamen omnino reuocare, aliaq; vſque ad tempus Capituli ſeruanda ordinare. Ordinata autem per Suſpendere quis poſſit.

N 2 ipſos

ipſos etiam poſt eorum officium ſeruari volumus niſi reuocentur.

Abbas Gener. Diffinitorum conſilio vtatur.

54 Viſitatores ſemper apud Abbatem Generalem ſint, illumque in omnibus Congregationis regimen, regulæq; & conſtitutionum huiuſmodi obſeruantiam concernentibus conſilio iuuent, ita quòd idē Abbas quicquam magni momenti facere non poſſit, abſque voto, & opinione ſaltem vnius eorum, prout priuare, ſuſpendere, aut grauem alicui Prælato, vel etiam ſimplici monacho pœnitentiam imponere, nec non aliquos in locum viſitatorum, aut priuatorum ſubrogare, ac videre computa redditūum, vel expenſarum monaſteriorum, aut ordinare aliquam fabricam fieri, ſeu aliquas magnas expenſas ſubire.

Viſitare monaſteria quis debeat.

55 Generalis, & Viſitatores coniunctim (aliquo eorum legitimè non impedito) omnia monaſteria Congregationis perſonaliter annuatim viſitent, omnemque diligentiam adhibeant, vt vbi cultus diuinus in aliquo (quod abſit) defecerit, vel obſeruantia in poſterum reſtituatur: vbi vero debite exercetur manuteneatur, & circa vitam, & mores quorumcunque monachorum diligenter inquirant, admonendo, reprehendēdo, corrigendo, benignè, vel ſeuerè prout opus fuerit, perſonarumque, & rerum qualitas requiſierit puniendo in delinquentes animaduertant. Suppreſſa verò monaſteria ſingulis annis, & eorum Eccleſias per vnum ſaltem ex Viſitatoribus cum ſcriba viſitentur, ne in illis diuinus cultus negligatur, & fabricæ pereant.

Viſitanda per Viſitatores.

56 Viſitent Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum omnem diligentiam adhibentes, vt ea qua decet reuerentia teneatur: Viſitent vbi habentur alia Sacramenta, Reliquias, altaria eccleſiam, & eccleſiaſtica paramenta, & ſi qua indigent reformatione reforment.

Cōmeſſationes vitentur.

57 Viſitantes demum monaſterium aduertant ne redditus, prouentus eleemoſinæ, aut alia in rebus ſuperfluis, & non neceſſarijs conſumentur: ſed in vſus neceſſarios locorum, & perſonarum ea frugalitate, quæ regulari, ac monaſticæ vitæ, profeſſionique conuenire dignoſcitur. Et præſertim caueant ne monaſteria viſitationis tempore aliquo modo grauentur, & poſt primā diem in refectorio manducent communi conuentus cibo quoad fieri poterit contenti.

Inquirenda per Viſitatores.

58 Studeant, vt in qualibet eccleſia, & monaſterio ſint ſacræ veſtæ, paramenta, Cruces, calices, & alia quæcunq; ad diuinum ſunt neceſſaria cultum, bene apta, vt decet, & quod ſanctorum Reliquiæ magno honore in decenti loco cuſtodiantur.

59 De Prælati qualitate circa regularem obſeruantiam inquirant ſi ipſe ſeruauit, ſi fratres ſeruare curauit, ſi denique fratrum exceſſus correxit, & ſi quæ correctione digna inuenerint corrigant mutandos mutent, deponendoſque deponant.

Prælatus quā ſuſpēdi debet.

60 Si Prælatum in aliquem notabilem exceſſum incurriſſe, aut minus idoneum, id quod abſque ſcandalo vſque ad tempus Capituli tolerari non poſſit repererint illum ſuſpendant, & alium de ſcientia, & voluntate Abbatis Generalis ſubrogent.

61 Poſ-

61 Poſſint etiam omnes ſeniores, & officiales ab eorum curis, & officijs abſoluere, vel ſuſpendere, ſi ita iudicauerint expedire. Caueãt tamen vt ſupra dictum eſt, ne in ordinata odij, vel amoris paſſione moueantur puniendi in Capitulo Generali ſi exceſſerint, & ne Abbas Generalis ſolus remaneat, nunquam ambo ad prædicandum mittantur.

62 Si aliquem ex Viſitatoribus legitime impediri euenerit, tunc Abbas Generalis cum conſenſu illius deputet alium pro Viſitatione facienda. Quod ſi Viſitatores prædicti, in his, & alijs regularibus obſeruantijs defectuoſi (quod abſit) inuenti fuerint in ſequenti Capitulo ab Abbate Gen. & Diffinitoribus noniter electis puniantur. Defectus Viſitatoris quõ ſuppleat.

63 Tempus viſitationis monaſteriorum deputamus à feſto Natiuitatis Beatiſſimæ Virginis Mariæ, vſque ad feſtum Purificationis, & octauas incluſiuè: Intra quod (niſi legitime fuerint impediti dictum officium impleuiſſe teneanť. Quod ſi facere neglexerint anno ſequenti in Capitulo Generali actiua, paſſiuaq; voce priuentur. Tẽpus viſitationis

De officijs Prælatorum.

64 ABbates, ſeu Priores in regimine monaſteriorũ Congregationis deputati tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus omnem curam, omnemque diligentiam adhibeant, vt cultus diuinus in eorum ſeruetur eccleſijs, ſtudeantq; ſcire, ſicut, & ſubditos ſuos docere teneantur: quæ in regula Beatiſſimi Patris Benedicti, & in huiuſmodi declarationibus, & conſtitutionibus continentur. Et ſaltem ſingulis menſibus per ſe, vel per alium in Capitulo monachos ſermone hortentur ad eorum obſeruãtiam, & ſicut primum locum in eorum monaſterijs tenent, ita præcedant alios obſeruando quæ ſeruanda docent, bonorumq; operum exempla præbendo. Curent inſuper, vt bona temporalia per ſuos Cellararios bene diſponãtur, & in libro introituum ſcribere faciant introitus, & exitus vt omni tempore ad rationes reddendas parati ſint, & ad hoc vt huiuſmodi melius exequi poſſint interdicimus illis ne extra ſuam eccleſiam vel terram ſui conuentus prædicare valeant. Prælati vbi prædicare poſſunt.

65 Mandamus item omnibus Abbatibus, & Prioribus, vt de quindena in quindenam reddantur cum omnibus monachis, & radẽtes caput radant ſimul, & barbam, & hoc inuiolabiliter ſeruari curent, vt vniformitas in Congregatione non ſolum in cibis, & veſtibus, ſed etiam in perſonis ſeruetur quoad fieri poterit. Si quis autem cõtrafecerit, ſemel in pane, & aqua in refectorio ieiunet toties quoties, & pertinaces alijs pœnis Prælatorum arbitrio imponendis ad id ſeruandum cogantur. Preceptũ raſuræ, & pœne repugnantium.

In ordinatione Monaſterij ſui.

66 PRælati cum Primum à Capitulo ad ſibi aſſignata monaſteria peruenerint intra dies octo omnes fratres in Capitulo congregent, & omnes aliquod officium, vel adminiſtrationem habentes Prælati reuertentes à Ca-

cum

ditulo q̃ cere debeant.

cum effectu abſoluant ipſique in ſignum aſſenſus prædictæ abſolutioni, capite inclinato reuerenter aſſurgāt de exceſſibus inhuiuſmodi officij adminiſtratione commiſſis ſe accuſantes, veniam proſtrati coram omnibus poſtulent, claues ad officiū pertinentes conſignent, cæteraque omnia ſuo Prælato: nec in ipſis officijs vlterius ſe intromittant, niſi aliter à Prælato ordinatum fuerit, teneantque locum profeſſionis eorum, legant coram ipſis acta, omneſque ordinationes in Capitulo factas, terque legantur in anno, ne ſe quis de ignorantia excuſet. A Capitulo propterea non diſcedant quin omnia ſubſcripta à ſcriba Capituli in ſcriptis acceperint.

Vicarij ſtatuta ſeruent.

67 Abbatibus, ſeu Prioribus ab eorū monaſterijs abſentibus, caueant Decani, ſeu Vicarij exiſtimantes ſe ſecundos Abbates eſſe, fratribus gratificari cupientes præter tenorem præſentium conſtitutionum, & rationabilem conſuetudinem, nouitates facere, vel non ſolitas recreationes vllo pacto concedere. Quod ſi aliter fecerint præter alias pœnas deponantur.

Ibi, ad notitiam Epiſcopi.

68 Ex antiquis Priuilegijs, & Apoſtolicis indultis omnia noſtra monaſteria ab Epiſcoporum iuriſdictione exempta ſunt, ſanctæq; Apoſtolicæ ſedi immediate ſubiecta. Propterea nullo modo ad Epiſcopos cum aliqua contigerint, quæ Prælatorum opere, & auxilio indigent, ſed ad Abbatem Generalem, & Viſitatores recurrendum.

De Præpoſito Monaſterij. Cap. LXV.

SAEPIVS quidem contingit, vt per ordinationem Præpoſiti, ſcandala grauia in monaſterijs oriantur, dum ſint aliqui maligno ſpiritu ſuperbiæ inflati, exiſtimantes ſe ſecundos abbates eſſe, aſſumentes ſibi tyrānidem, ſcandala nutriunt, & diſſenſiones in congregatione faciunt, & maximè in illis locis, vbi ab eodem ſacerdote, vel ab eiſdem abbatibus, qui abbatem ordinant, ab ipſis etiam, & Præpoſitus ordinatur. Quod quam ſit abſurdum, facile aduertitur, quia ab ipſo initio ordinationis, materia ei datur ſuperbiendi, dum ei ſuggeritur à cogitationibus ſuis, exutum eum eſſe à poteſtate abbatis ſui, quia ab ipſis eſt ordinatus, à quibus, & abbas. Hinc ſuſcitantur inuidiæ, rixæ, detractiones, emulationes, diſſenſiones, & inordinationes, & dum contraria ſibi inuicem abbas, Præpoſituſque ſentiunt, & ipſorum neceſſe eſt ſub hac diſſenſione animas

mas periclitari, & hi qui ſub ipſis ſunt, dum adulantur partibus, erunt in perditionem. Cuius periculi malum, illos reſpicit in capite, qui talibus in ordinatione, ſe fecerunt auctores.

IDeoque nos præuidemus expedire, propter pacis, caritatiſque cuſtodiam, in Abbatis pendere arbitrio ordinationem monaſterij ſui, & ſi poteſt fieri, per Decanos ordinetur (vt antea diſpoſuimus) omnis vtilitas monaſterij, prout abbas diſpo- Sup. c.21 *ſuerit: vt dum pluribus committitur, vnus non ſuperbiat. Quod ſi, aut locus expetit, aut congregatio petierit rationabiliter cum humilitate, & abbas iudicauerit expedire, quemcunque elegerit abbas, cum conſilio fratrum timentium Deum, ordinet ipſe ſibi Præpoſitum. Qui tamen Præpoſitus illa agat, cum reuerentia, quæ ab Abbate ſuo ei iniuncta fuerint, nihil contra Abbatis voluntatem, aut ordinationem faciens, quia quantum Prælatus eſt cæteris, tantũ eum oportet ſolicitè obſeruare præcepta regulæ. Qui Præpoſitus, ſi repertus fuerit vitioſus, aut elatione deceptus ſuperbiæ, aut contemptor ſanctæ regulæ fuerit comprobatus, admoneatur verbis, vſque quater: ſi non emẽdauerit: adhibeatur ei correptio diſciplinæ regularis. Quod ſi neque ſic correxerit, tunc deijciatur de ordine præpoſituræ, & alius, qui dignus eſt, in loco eius ſubrogetur. Quod & ſi poſtea in congregatione quietus, & obediens non fuerit, etiam de monaſterio expellatur. Cogitet tamen abbas, ſe de omnibus iudicijs ſuis Deo redditurum rationem, ne forte inuidiæ, aut Zeli flamma vrat animam.*

De Hoſtiario Monaſterij. Cap. LXVI.

AD portam monaſterij ponatur ſenex ſapiẽs, qui ſciat accipere reſponſum, & reddere, cuius maturitas eum non ſinat vagari. Qui portarius cellam debet habere iuxta portã, vt venientes ſemper præſentem inueniant, à quo reſponſum accipiant. Et mox, vt aliquis pulſauerit, aut pauper clamauerit, Deo gratias reſpondeat, aut benedicat, & cum omni manſuetudine timoris Dei, reddat reſponſum, feſtinanter cum feruore charitatis. Qui portarius, ſi indiget ſolatio, iuniorem fratrem acci-

accipiat. Monaſterium autem, ſi poſſit fieri, ita debet conſtrui, vt omnia neceſſaria; id eſt aqua molendinum, ortus, piſtrinum, vel artes diuerſæ, intra monaſterium exerceantur, vt nō ſit neceſſitas monachis vagandi foras, quia omnino non expedit animabus eorum. Hanc autem regulam ſæpius volumus in congregatione legi, ne quis fratrum, ſe de ignorantia excuſet.

Declaratio monaſterium, aut ſi fieri poteſt ita debet fieri, &c.

Noua monaſteria qualiter erigātur.

1 CVm aliquod monaſterium de nouo erigēdum erit, vt omnia ordinate, & bene diſponantur, prius exemplaria fiant, poſtea conuocatis Abbate Generali, Viſitatoribus, & duobus alijs Prælatis, qui conſideratis omnibus diligenter, quæ in huiuſmodi negocio includenda ſunt determinare debebunt iuxta eorum arbitrium determinata exequantur, nec liceat vllo tempore, & modo exemplaria mutari ſine Capituli Generalis conſenſu, ſed ſicut incepta fuerint, & à prædictis Patribus determinata, ita proſequantur.

2 Alia vero ædificia ſi parua erunt, & modicæ impenſæ per Prælatos de ſuorum ſeniorum conſenſu fiant, ſi autem magni ſumptus eſſent ſine conſenſu Abbatis Gen. & Viſitatorum vbicunq; illa fieri contigerit, non fiant, & quo ad hoc caput ſeruetur Bulla fe.re. Sixti V.

3 Sed neque volumus huiuſmodi ædificijs, aut fabricis nouiter erigendis Prælatos Priorem, aut Cellararium debitis monaſteria vltra eorum poſſibilitatem grauare poſſe ſine Abbatis Generalis; Diffinitorumue licentia in ſcriptis, nec bona immobilia emere, abſque eorumdem conſenſu. Si quis autem contrafecerit in proximo Capitulo puniendum, & priuandum ſe eſſe ſciat.

De ſratribus in via directis. Cap. LXVII.

DIRIGENDI fratres in via, omnium fratrum, vel Abbatis orationi ſe commendent, & ſemper ad orationem vltimam operis Dei, commemoratio omnium abſentium fiat. Reuertentes autem de via fratres, ipſo die, quo redeunt, per omnes canonicas horas, dum expletur opus Dei proſtrati ſolo oratorij, ab omnibus petant orationem, propter exceſſus, nequid fortè ſurripuerit in via viſus, aut auditus malæ rei, aut ocioſi ſermonis. Nec præſumat quiſquam alijs referre, quæcūq; foris

foris monaſterium viderit, aut audierit: quia plurima deſtructio eſt. Quod ſi quis præſumpſerit, vindictæ regulari ſubiaceat. Similiter, & qui præſumpſerit clauſtra monaſterij egredi: vel quocunque ire, vel quippiam, quamuis paruum, ſine Abbatis iuſſione facere.

Ibi. *Sine iuſſione Abbatis.*

1 IVſſio Abbatis idem eſt quod licentia Prælati ſiue eius, qui eo abſente vicemgerit. Nulli ergo monachorum noſtrorum è monaſterio egredi liceat abſque ſui Superioris licentia, etiam ſub prætextu accedendi ad Superiores, ipſaque obtenta genibus flexis benedictionem petat vt ſupra dictum eſt. Quod ſi extra monaſterium iter agere contingat nō reuerſurus eadem die non diſcedat ſine licētia in ſcriptis cum ſubſcriptione, & ſigillo ſui Prælati, quæ totum iter quod facturus eſt, & loca per quæ eſt tranſiturus contineat: Quod etiam ſi ex vna ciuitate ad aliam eadē die reuerſurus abibit obſeruari volumus, quod ſi aliter fecerit ſeuere puniatur iuxta qualitatem exceſſus.

Mod. petendi, & concedēdi licentias egredietibus de monaſterio.

2 Statuimus etiam quod nemini extra ſuum monaſterium pernoctare, vel Neapolitanam ciuitatem petere liceat (Prioribus, & Cellararijs exceptis) niſi ab Abbate Generali, vel duobus Viſitatoribus licentiam obtinuerit: ni tamen proprij monaſterij negocia id omnino exigerent, quæ à Prælato ſiue Cellarario exequi non poſſent.

3 Nec Prælatus permittat aliquem ſibi ſubditum monachū ad quodcunque vicinum monaſterium recreationis, vel priuati negotij cauſa, niſi prius conſentiat Prælatus illius monaſterij ad quod talem fratrem mittere intendit.

4 Si vero intra annum aliquibus vltra vnius diei iter vrgenti neceſſitate faciendum eſſe contigerit tunc Prælatus loci prædictam licētiam concedere poſſit: Quod ſi ad conſanguineorum beneficium ire petierint eorum ſumptibus vadant, ne monaſteria grauentur: de qua neceſſitate quàm citius Prior Abbatem Gen. certiorem faciat.

5 Prohibemus item fratribus noſtris, ne negocia liteſq; conſanguineorum affinium aliorumue ſecularium amplectantur, & præſertim ne ad tribunalia quæuis accedant niſi ex vrgenti cauſa ab Abbate Generali cognoſcenda.

6 Si euenerit aliquem monachum de vno ad aliud monaſterium mutari vtraque monaſteria pro medietate ſingula de expenſis pro viatico, & omnibus alijs neceſſarijs prouideant. Quas mutationes fieri nolumus niſi de licentia Abbatis Generalis, aut Patrum Viſitatorum, quo caſu monachus comendatitias literas à Prælato loci vnde diſcedit ſecum deferat.

7 Caueāt autem Prælati quantum poſſunt à mutationibus fratrum,

& præſertim iuniorum, & non ſacerdotum, qui non niſi ex vrgenti ſunt neceſſitate mutandi, & cum hoc ad loca viciniora.

Si fratri impoſsibilia iniunguntur. Cap. LXVIII.

SI cui fratri, aliqua forte grauia, aut impoſſibilia iniunguntur, ſuſcipiat quidem iubentis imperium, cum omni manſuetudine, & obedientia. Quod ſi omnino virium ſuarum, menſuram viderit pondus excededere: impoſſibilitatis ſuæ cauſas, ei qui ſibi præeſt, patienter, & opportunè ſuggerat, non ſuperbiendo, aut reſiſtendo, vel contradicendo. Quod ſi poſt ſuggeſtionem ſuam, in ſua ſententia Prioris imperium perdurauerit: ſciat iunior ita ſibi expedire, & ex charitate, confidens de adiutorio Dei, obediat.

Vt in monaſterio non præſumat alter alterum defendere. Cap. LXIX.

SVMMOPERE præcauendum eſt, ne quauis occaſione præſumat alius, alium defendere monachum in monaſterio, aut quaſi tueri, etiam ſi qualibet conſanguinitatis propinquitate iungantur. Nec quolibet modo, id à monachis præſumatur: quia exinde grauiſſima occaſio ſcādalorum oriri poteſt. Quod ſi quis, hæc tranſgreſſus fuerit, acrius coerceatur.

Vt non præſumat quiſquam aliquem paſsim cedere, aut excommunicare. Cap. LXX.

VT vitetur in Monaſterio omnis præſumptionis occaſio: Ordinamus, atque conſtituimus, vt nulli liceat quemquam fratrum ſuorum excommunicare, aut cedere, niſi cui poteſtas ab abbate data fuerit. Peccantes autem coram omnibus arguan-

arguantur, vt cæteri metum habeant. Infantibus vero vſque ad quintumdecimum annum ætatis diſciplina diligentia ſit, & cuſtodia adhibeatur ab omnibus: ſed & hoc cum omni menſura, & ratione. Nam in fortiori ætate, qui præſumpſerit aliquatenus ſine præcepto abbatis, vel in ipſis infantibus, ſine diſcretione exarſerit, diſciplinæ regulari ſubiaceat: quia ſcriptum eſt. Quod tibi non vis fieri; alij ne feceris.

Declaratio Ibi. *Et lædere.*

1 NVllus præſumat quemlibet profeſſum, nouitiũ, vel conuerſum proclamare, increpare, ſeu corripere, nec aliquem fratrem alio quam proprio nomine addẽdo Don, nunquam vero Dominum appellare, vel indecenter, vel deriſorie nominare contrafaciens dicat in Capitulo culpam ſuam pro exceſſus qualitate grauiter puniendus.

Solus prę latus increpet, ſeu corripiat delĩquentes.

2 Verum ſi aliquid correptione dignum in aliquo cognouerit, oſtendat Prælato, aut ſenioribus monaſterij ad quos corrigere ſpectat, poterit tamen monachus fratrem delinquentem caritatiuè humanis verbis, & cum manſuetudine admonere.

3 Quod ſi quis verbis iniurioſis, aut turpibus, aut cõminatorijs aliquem fratrem affecerit, dicat culpam ſuam in Capitulo, comedatq; in pane, & aqua in refectorio cum zona ad collum.

4 Si vero in perſonã ſuperiorem deliquerit præter dictas pœnas maneat degradatus octo diebus, ſed ſi in Prælatum per menſem.

5 Si quis ſuperiorum infra Abbatem, & Priorem modo quo ſupra deliquerit in fratrem ieiunet ſemel in pane, & aqua in refectorio comedens in terra vt ſupra.

6 Si quis autem fratrem percuſſerit, vltra quod eſt ipſo iure excommunicatus ſtatim carceribus mancipetur arbitrio Prælati, & Viſitatorum etiam extra viſitationis tempus pro circumſtantijs, & exceſſus qualitate extrahendus.

7 Si forte contentio aliqua inter fratres exorta fuerit, omni ſolicitudine procurent Prælati, Abbas Generalis, vel Viſitatores, ſi inter Prælatos, vt ſtatim reconcilientur. Quod ſi recuſauerint ſuſpendantur à diuinis: Et ſi admoniti perſeuerauerint oſtinatè, ſi ſuperiores fuerint omni gradu priuentur: ſi inferiores carceri mancipẽtur, ad arbitrium Abbatis Generalis, & Viſitatorum. Quod ſi poſt reconciliationem ſimulatè inter ſe gerere compertum fuerit ſi ſimplices fratres fuerint deijciantur à loco profeſſionis ſuæ, & poſt omnes ſedeant: ſi vero ſuperiores, aut Prælati fuerint, à gradu, & ab adminiſtratione ſuſpendantur donec eos vere reconciliatos eſſe conſtet.

Contentiones ex ortæ ſtatim ſedãtur.

Vt obedientes ſint ſibi fratres inuicem. Cap. LXXI.

OBEDIENTIAE bonum, non ſolum Abbati exhibendum eſt, ſed etiam ſibi inuicem obediant fratres: ſcientes per hanc obedientiæ viam, ſe ituros ad Deum. Præmiſſo ergo Abbatis, aut Præpoſitorum, qui ab eo conſtituuntur imperio, cui non permittimus priuata imperia præponi: de cætero omnes iuniores, prioribus ſuis, omni caritate, & ſollicitudine obediant, quod ſi quis contentioſus reperitur, corripiatur. Si quis autem frater pro quauis minima cauſa, ab abbate, vel à quocunque priore ſuo corripitur, quolibet modo, vel ſi leuiter ſenſerit animum prioris cuiuſcunque, contra ſe iratum, vel cõmotum, quamuis modicè, mox ſine mora, tam diu proſtratus in terra, ante pedes eius, iaceat ſatisfaciens, vſque dum benedictione ſanetur illa commotio. Quod ſi quis contempſerit facere, aut corporali vindictæ ſubiaceat, aut ſi contumax fuerit de monaſterio expellatur.

Declaratio, Ibi ſi leuiter ſenſerit animum Prioris.

Indignatio ſine cauſa prohibetur.

EVitent Superiores (quoad poſſunt) ne ex iniuſta cauſa iraſcantur, aut commoueantur in inferiores: Qui tamen ſi commouebuntur (vt præcipit regula) ſi inferiores genuflexi ſatisfaciant, ipſi benigniſſime ignoſcant, ac eis benedicant, ſi autem pænitentia propter exceſſum dignus quis erit, nullus niſi Prælatus, aut alius de Superioribus eam iniungat.

De bono zelo quem debent monachi habere. Cap. LXXII.

SICVT eſt zelus amaritudinis malus, qui ſeparat à Deo, & ducit ad infernum, ita eſt & zelus bonus, qui ſeparat à vitijs, & ducit ad Deum, & ad vitam æternam. Hunc ergo zelum feruentiſſimo amore exerceant monachi, id eſt vt honore ſe inuicem præueniant. Infirmitates ſuas, ſiue cor-

corporum, ſiue morum, patientiſſimè tolerent; obedientiam ſibi certatim impendant. Nullus quod ſibi vtile iudicat ſequatur, ſed quod magis alij. Caritatem fraternitatis, caſto impendant amore Deum timeant, abbatem ſuum ſincera, & humili charitate diligant, Chriſto omnino nihil præponant, qui nos pariter, ad vitam æternam perducat.

De eo quod non omnis obſeruatio iuſtitiæ in hac ſit regula conſtituta. Cap. LXXIII.

REGVLAM autem hanc deſcripſimus, vt eam obſeruantes in monaſterijs, aliquatenus, vel honeſtatem morum, aut initium conuerſationis, nos demonſtremus habere. Cæterum ad perfectionem conuerſationis, qui feſtinant, ſunt doctrinæ ſanctorum patrum, quarum obſeruatio perducit hominē ad celſitudinem perfectionis. Quæ enim pagina, aut quis ſermo diuinæ auctoritatis, veteris, ac noui teſtamenti, non eſt rectiſſima norma vitæ humanæ? Aut quis liber ſanctorum catholicorum patrum, hoc non reſonat, vt recto curſu perueniamus ad creatorem noſtrum? Necnon, & collationes patrum, & inſtituta, & vitæ eorum, ſed & regula Sancti Patris noſtri Baſilij, qui aliud ſunt, niſi bene viuentium, & obedientium monachorum exempla, & inſtrumenta virtutum? Nobis autem deſidioſis, & malè viuentibus, atq; negligentibus, rubor confuſionis eſt. Quiſquis ergo ad patriam cæleſtem feſtinas, hanc minimam incohoationis regulā deſcriptam, adiuuante Chriſto, perfice, & tunc demum ad maiora, quæ ſupra cōmemorauimus, doctrinæ virtutumq; culmina Deo protegente, peruenies.

DECLARATIO.

1 EMendationem morum religioſæ vitæ ſanctimoniam, animæ puritatem, atque innocentiam, dum in hac peregrinatione ſumus idcirco perſuadere intendimus, vt poſtquam ab huiuſmodi exilij erumnis fuerimus abſoluti ad authorem noſtrum læti reuertamur, ſed quia humanæ naturæ fragilitate ſæpius ab hoſte retardamur, vt quod intendimus non aſſequamur, Propterea opere prætium duximus, vt curam, & ſedulitatem

tatem quam viuentibus vt proficerent exhibuimus vita quoque functis vt purgentur exhibeamus: vt ſi quas maculas à noſtris inſtitutis deuiando contraxerint, huiuſmodi pijs, & paternis ſuffragijs expiati ad felicem illam patriam quam citius transferantur, in qua creatoris noſtri beatiſſima viſione perfruantur.

Quid faciendum pro fratre defuncto.

2 Cum ergo aliquis monachus, nouitius, vel conuerſus debitum naturæ exſoluens, Deo creatori ſuo ſpiritum reddiderit, vt charitas viuenti exhibita etiam defuncto ſeruetur, volumus, vt in loco vbi frater in Domino requieuerit officium totum perſoluatur ſecũdum modum Congregationis noſtræ cum Miſſa ſolemni, nec non die vigeſimo, & trigeſimo primo, & anniuerſario ſemel tantũ Miſſa conuentualiter cantetur cum ℟. Libera me Domine, &c.

3 Pater quoq; monaſterij in quo frater defunctus fuerit quam citius poterit patribus Congregationis diem dormitionis, & nomen defuncti fratris ſcribat, nec prætermittatur ex negligentia in detrimẽtum animæ ſuæ, & defuncti fratris memores, quod eadem menſura, qua menſi fuerimus, remetietur & nobis. Patres vero habita notitia fratribus animam defuncti comendent obnixius, vt quamprimum ſinguli, vnam, aut plures pro defuncto fratre Miſſas celebrent, & quod in triginta miſſis ſequentibus memoriam defuncti fratris expreſsè, vel ſecretè faciant. Cæteri autem fratres non Sacerdotes, & conuerſi in ſuis officijs mortuorum, vel alijs orationibus, vſque ad triginta dies idem faciant. In monaſterio autem vbi requieuerit frater dicantur triginta miſſæ pro animæ eius remedio, quarum diſtribuendarum Primicerio, vel Sacriſtæ eiuſdem Monaſterij curæ ſit.

4 Ordinamus etiam, vt per triginta dies prædictos pro anima fratris vt ſupra defuncti eleemoſinæ hoc modo fiant: In loco refectorij in quo defunctus frater ſedere ſolebat, panis, vinum, omneſque cibi qui ſingulis fratribus dantur, ac ſi viueret apponantur, & ea poſtea vni, vel pluribus pauperibus dentur, prout ſuperiori ordinauerit. Nullus in eodem per hoc temporis ſpacium ſedeat, ſed loco fratris parua Crux lignea apponatur ſuper menſam, vt fratres mortis memores, & ad perfectius viuendum excitentur, & pro defuncto fratre feruentius orent.

5 Imponantur etiam cuilibet Monaſteriorum noſtrorum in ſolutione Capituli Generalis triginta miſſæ pro animabus benefactorum noſtrorum, & pro vniuerſis parentibus fratribus, & ſororibus fratrum noſtrorum defunctorum in debitã ſatisfactionem.

6 Et ſciendum quod in ſacro Monaſterio Montis Virginis de Monte fel. rec. Greg. xiij. conceſſit, quod omnes qui celebrabunt, aut celebrare faciet in altare Sanctiſs. Virginis Dei Genitricis MARIAE miſſam vnã pro anima cuiuſcunq; defuncti, impetrabunt & obtinebũt illis plenam remiſſionẽ omnium peccatorum, & oĩum pænarum in Purgatorio debitarũ, & hæc gratia durat in perpetum pro oĩbus, vt per breue in eodem loco affixum. Hanc quoq; gratiã monaſterijs noſtris in Ciuitatibus Neap. & Capuæ conceſſit, vt patet in bullis.

Caſus

Caſus reſeruati.

1 NVllus fratrum abſque Abbatis Generalis licentia præter Viſitatores in actu viſitationis tantum ab infraſcriptis caſibus, & peccatis poſſit aliquem abſoluere.

1 Veneficia, Incantationis, ſortilegia.

2 Apoſtaſia à Religione, ſiue habitu dimiſſo, ſiue retento, quando eo peruenerit, vt extra ſepta monaſterij fiat egreſſio.

3 Nocturna, ſeu furtiua à monaſterio egreſſio etiam animo non apoſtatandi facta.

4 Proprietas contra votum, quæ ſit peccatum mortale.

5 Iuramentum falſum in iudicio regulari, ſeu legitimo.

6 Procuratio, auxilium, ſeu Conſilium, ad abortum faciendum poſt animatum fœtum etiam effectu non ſequuto.

7 Falſificatio manus, aut ſigilli officialium monaſterij.

8 Furtum de rebus monaſterij in ea quantitate, quod ſit peccatum mortale.

9 Lapſus carnis voluntarius opere conſummatus.

10 Occiſio, ſeu vulneratio, aut grauis pcuſſio cuiuſcunq; perſonæ.

11 Malitioſum impedimentum detardatio, aut aperitio literarũ à Superioribus ad inferiores, aut è conuerſo directarum.

2 Quicunq; igitur Confeſſarius (dempto mortis articulo) ex certa ſcientia à prædictis quempiam abſoluere præſumpſerit, ſit eo ipſo à confeſſionibus audiendis ſuſpenſus, nec reſtitui poſſit niſi per Capitulum Generale, & qui in hoc defectuoſi fuerint legitimè deprehẽſi puniantur ad arbitrium Prælatorum.

3 Si ergo monachi diuina permittente iuſtitia, & hoſtis antiqui procurante malitia, præmemoratis criminibus fuerint irretiti pro abſolutionis beneficio ad Abba. Gen. vt poteſtatem tenebrarum effugiant ſine mora accedant, qñ tamen peccatum ſuerit notorium.

Abſolutio à reſeruatis qualiter modificetur.

4 Si vero fuerit occultum ordinarij eorum Confeſſarij beneficiũ abſolutionis illis impẽdere poſſint, hac tamen lege, vt quam citius, & cõmodè potuerint habere præſentiam Abbatis Gen. pro manifeſtando illi tale crimen ſibi reſeruatum, & ab eodem recipiendo condignã pœnitentiam ſe repræſentent: Abbas vero Generalis diligenter attendat infundens oleum miſericordiæ vinum iuſtitiæ miſcere non prætermittat, & ſic de pœna pænitẽtibus debita pro ſupradictis criminibus non modicam gratiã faciens, non abſoluat à p̃dictis quempiam, niſi prius ab eiſdem damnificatis in perſona, fama, vel rebus temporalibus ſatisfaciat. Poterit vero Abbas Gen. concedere facultatem alijs Prælatis abſoluendi ſuos ſubditos in foro cõſcientiæ.

5 Si antè monachus pænitens ſpirituali ductus impulſu antequam ſit delatus, vel accuſatus de crimine faciem Abbatis coram teſtibus in cõfeſſione præuenerit, conceditur vt idem Abbas Generalis de plenitudine poteſtatis, à pœnis debitis de conſilio præmemoratorum teſtium, monachum pœnitentem quoad extrinſecum forum quietare valeat, alia quacunq; minus confuſibili ſibi impoſita pœnitentia ſalu-

Poteſtas Abb. Gener. cum delinquẽtibus ſe primò accuſantib.

ſalutari. Hoc autem intelligimus de primo recurſu, & ſemper cum proteſtatione, quod ſi labatur in eadem crimina ad ſtatum priſtinũ reducetur ſi de relapſu probatio habeatur.

Practicã facere in electioni bus Prælatorum prohibetur.

6 Et poſtremo nulli liceat in Capitulo Generali, vel alio quocumq; tempore in electionibus Abbatis Generalis Diffinitorũ Curiæ Procuratoris, aut Priorem per ſe, vel per alios directè, vel indirectè practicam facere ſub pæna inhabilitatis ad actiuam,& paſſiuam vocem in Capitulo Gener. & ad dignitates gradus, & adminiſtrationes in dicta Congregatione obtinendas, niſi fiant ob ſermones inſimul non ambitione, ſed bonæ intentionis de idoneitate, vel inſufficientia ad Generalatus, & Diffinitoratus officium eligendorum quo caſu ſupradictis alijs ſuè pœnis, vel cenſuris ſubiaceri nolumus.

De Anniuerſarijs celebrandis pro animabus Summorum Pontificum Congregationis noſtræ benefactorum.

FIant annis ſingulis Anniuerſaria pro animabus Summorum Põtificum Cæleſtini iij. Vrbani iiij. Innocentij iij. Aleſſandri iiij. Ioannis xiiij. Gregorij xiij. & Sixti v. benefactorum ordinis noſtri, prout in tabellis de tempore ſcriptum habetur.

De Anniuerſarijs ſecundum conſuetudinem Congregationis noſtræ pro Regibus, & alijs vt in tabellis.

SIngulis annis tria ab omnibus fratribus monaſteriorum noſtrorum Anniuerſaria fiant vnum pro omnibus fratribus noſtris defunctis. Aliud per defunctis benefactoribus. Tertium pro viuis benefactoribus dicendo miſſam pro peccatis. Quæ anniuerſaria celebrabuntur per octauam Natiuitatis beatiſsimæ Mariæ Virginis, vel quando Prælatis monaſteriorum magis videbitur opportunum.

Celebretur anniuerſarium die 25. menſis Septembris pro animabus Sereniſs. Regum Ludouici Franciæ, Chatarinæ Imperatricis eius matris, ſuarumq; filiarum, quorum corpora in ſacro monaſterio Montis Virginis ſepulta iacent, ob memoriam beneficiorum noſtræ Congregationi collatorum.

Fiat aliud anniuerſarium pro anima Sereniſs. Henrici ſexti Romanorum Imper. ob beneficium donationis terræ Mercuriani,& aliorum beneficiorum, & gratiarum in die xv. Martij cuiuslibet anni.

Fiat aliud anniuerſarium pro ſalute animarum Sereniſs. Regum Alphonſi, Federici, Caroli v. Imp. temporibus ſuis, vt in tabellis.

Et aliud fiat anniuerſarium pro anima Illuſtriſs. quondam Comitis Bartholomæi de Capua de Congregatione optime meriti, vt in tabellis ſacri monaſterij Montis Virginis.

Et cum hæc omnia feceritis dicite ſerui inutiles ſumus.

F I N I S.

Ptolemæus Epiſcopus Tuſculan. Cardinalis Comen. Protector.

Reuerendiſſimus Epiſcopus Auerſanus Sanctiſs. D. N. in Sacra Congregatione Illuſtriſſ. DD. Cardinalium Cauſis Epiſcoporum, & Regularium Protectorum Secretarius.

Ioannes Leonardius Commiſſarius, & Viſitator Apoſtolicus ſuper reformatione eiuſdem Congregationis Monachorum Montis Virginis.

DEVOTISSIMVS ORDO

PROFITENDI SVB EADEM

Beatiſsimi Patris BENEDICTI Regula, Iuxta optimam conſuetudinem Congregationis Montis Virginis.

QVANDO Nouitius profiteri debet, Pater Monaſterij pręparet ſe Miſſam celebraturus, aut alius eodem Patre aſſiſtente.

Et poſt offertorium accedat Nouitius profeſſurus ante Altare, & erectus legat petitionem ſuam dicens.

¶ *Forma petitionis.*

IN nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti Amen. Anno à Natiuitate eiuſdem M. D C. Die Menſis. Ego D. N. de tali loco, & Dioceſi, promitto ſtabilitatem meam, & conuerſionem morum meorum: & obedientiā ſecundum Regulam Sancti Benedicti coram Deo, & omnibus Sanctis: quorum Reliquiæ habentur in hoc Monaſterio N. Dioceſis N. in præſentia D. N. Abbatis eiuſdem Monaſterij, ſub Cougregatione Montis Virginis. Ad cuius rei fidem hanc petitionem manu propria ſcripſi die quo ſupra.

Quam protertam offerat ſuper Altare illud oſculando: ac ſignum crucis in ea manu propria imprimendo.

¶ Poſtea ſtante eo genibus flexis: Pater monaſterij dicat hanc orationem abſolutè.

OREMVS fratres chariſſimi: vt quod frater iſte ore profeſſus eſt, opere feliciter compleat: auxiliante domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cum Patre, & Spiritu Sancto viuit, & regnat Deus per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

¶ Tunc ipſe Nouitius dicat ter hunc verſum faciendo tres genuflexiones in modum pſallendi.

Suſcipe me domine ſecundum eloquium tuum, & viuam, &

non confundas me ab expectatione mea. Et Chorus ſimiliter reſpondeat eundem verſum cum Gloria patri.

¶ Nouitio igitur ſtante genibus flexis capite aliquantulum inclinato, caputium profunde in capite tenente. Pater Monaſterij mediocri voce cantando hos dicat verſus ſequentes cum ſuis orationibus.

Kyrie eleiſon. Chorus reſpondet. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. Saluum fac ſeruum tuum. ℟. Deus meus ſperantem in te. ℣. Oſtende ei domine miſericordiam tuam. ℟. Et ſalutare tuum da ei. ℣. Eſto ei domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis nō apponat nocere ei. ℣. Mitte ei domine auxilium de ſancto. ℟. Et de Syon tuere eum. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Devs indulgentiæ pater, qui ſeueritatē tuæ diſtrictionis temperans: indulſiſti: ne filius portet iniquitatem patris, & qui mira diſpenſatione etiam frequenter operaris, quæſumus clementiam tuam: Vt huic famulo tuo non obſiſtat quod habitū religionis per nos tanta, ac tali re indignos accepit: ſed miniſterium quod per nos exterius exhibetur, tu interius per donum ſancti ſpiritus exequaris. Per. in vnitate eiuſdem, &c.

Oremus. Oratio.

Devs, qui per coeternum filium tuum cuncta creaſti, quique mūdum peccatis inueteratum, per myſterium incarnationis eius renouare dignatus es, te ſuppliciter exoramus, vt eiuſdem Domini noſtri gratia ſuper hunc famulum tuum abrenunciationem ſæculi profitentem, clementer reſpicere dignetur, per quam in ſpiritu mentis ſuæ renouatus veterem hominem cum actibus ſuis exuat, & nouum qui ſecundum Deum creatus eſt induere mereatur. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum.

Oremus. Oratio.

Domine Ieſu Chriſte qui es via ſine qua nemo venit ad patrem, quæſumus benigniſſimam clementiam tuam, vt

vt hunc famulum tuum à carnalibus deſiderijs abſtractum per iter diſciplinæ regularis deducas, vt qui peccatores vocare dignatus es dicens, venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos: præſta vt hæc vox inuitationis tuæ ita in eo conualeſcat, quatenus onera peccatorum deponens, & quam dulcis es guſtans: tua refectione ſuſtentari mereatur, & ſicut atteſtari de ouibus tuis dignatus es: agnoſce eum inter oues tuas, & ipſe te agnoſcat, vt alienum non ſequatur, ſed te, neque audiat vocem alienorum ſed tuam qua dicis: qui mihi miniſtrat me ſequatur. Qui viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum.

O remus. Oratio.

SAnctæ ſpiritus, qui te Deum, ac dominum reuelare dignatus es mortalibus, immenſam tuæ pietatis gratiam poſtulamus: vt ſicut vbi vis ſpiras: ſic, & huic famulo tuo affectum deuotionis indulgeas, & quoniam tua ſapientia eſt conditus tua quoq; prouidentia gubernetur, quem iuſta tibi cõſuetam gratiam vnctio tua de omnibus doceat, & per interceſſionem Beatiſſimi Patris noſtri Benedicti, quem præcipuum huius ſanctæ inſtitutionis legiſlatorem dediſti, nec non, & aliorum Sanctorum, ad quorum nomina petitionem facit, fac eum à vanitate ſæculi veraciter conuerti, & ſicut es omnium peccatorum remiſſio: deprimentes impietatis obligationes in eo diſſolue, & ad obſeruantiam huius ſancti præpoſiti, fac eum certatim feruere: vt in tribulationibus, & anguſtis tua indeficienti conſolatione valeat reſpirare, & iuſtè, & piè per veram humilitatem, atque obedientiam in fraterna charitate fundatus, quod te donante hodie promittit, felici perſeuerantia compleat. Qui cum Deo patre ſanctoq; vnigenito filio eius Domino noſtro Ieſu Chriſto viuis, & gloriaris Deus per infinita ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

¶ His completis vertit ſe ad benedicendum indumenta monachalia abſolute incipiens orationem.

DOmine Ieſu Chriſte, qui tegumen noſtræ mortalitatis induere dignatus es: obſecramus in menſam tuæ largitatis abundantiam, vt hoc genus veſtimenti, quod ſancti patres ad innocẽtiæ, vel humilitatis indicium abrenunciantes ſæculo ferre ſanxerũt tu ita bene ✠ dicere, & ſancti ✠ ficare

re digneris, vt hic famulus tuus, qui hoc indutus fuerit indumento, te quoque induere mereatur. Qui viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Oremus. Oratio.

DEVS æternorum bonorum fideliſſime promiſſor, & certiſſime perſolutor, qui veſtimentũ ſalutis, & indumentum iocunditatis tuis fidelibus promiſiſti: clementiam tuam humiliter expoſcimus: vt hæc indumenta humilitatem cordis, & contemptũ mundi ſignificantia, quibus famulus tuus ſancto viſibili eſt informãdus propoſito, propitius bene ✠ dicas: vt beatæ abnegationis habitum, quem te aſpirante ſuſcipit, te protegente cuſtodiat, & quem veſtibus venerandæ religionis induis temporaliter: beata facias immortalitate veſtiri. Per Chriſtum, &c.

Oremus. Oratio.

DOmine Deus bonarum virtutum dator, & omnium benedictionũ largus infuſor te ſubmiſſis precibus deprecamur, vt has veſtes bene ✠ dicere, & ſancti ✠ ficare digneris, quas famulus tuus pro indicio agnoſcendæ religionis induere vult, vt inter reliquos fratres tibi cognoſcatur dicatus. Per dominum.

¶ Quibus completis Nouitius, ac indumenta præfata adoleantur incenſo, & aqua benedicta aſpergantur. Poſtea Pater genuflectens in medio ante altare, incipit cantare Hymn.

VENI Creator ſpiritus, mentes tuorum viſita: imple ſuperna gratia, quæ tu creaſti pectora.

Qui paraclytus diceris, donũ Dei altiſſimi: fons viuus ignis charitas, & ſpiritalis vnctio.

Tu ſeptiformis munere, dexteræ Dei tu digitus, tu rite promiſſum patris, ſermone ditans guttura.

Accende lumen ſenſibus, infunde amorem cordibus: infirma noſtri corporis, virtute firmans perpetim.

Hoſtem repellas longius, pacemq; dones protinus, ductore ſic te præuio, vitemus omne noxium.

Per te ſciamus da patrem, noſcamus atq; filium, te vtriuſq; ſpiritum, credamus omni tempore.

Gloria patri domino, natoq; qui à mortuis, ſurrexit ac paraclito, in ſæculorum ſæcula. ℟. Amen.

Cho-

Chorus vſq; in finem proſequitur. Interim Pater exuat Nouitium habitum nouitialem dicendo hunc verſum.

Exuat te dominus veterem hominem cum actibus ſuis.

¶ Subſequenter induat eum veſtibus benedictis dicens hūc verſum. Induat te dominus nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia, & ſanctitate veritatis.

¶ Quo induto Pater incipit abſolutè orationem.

OMnipotens ſempiterne Deus cuius charitatis ardore ſuccenſus hic famulus tuus ſtabilitatem ſuam tibi in hac congregatione promittendo tuo iugo collum ſubmittit, concede propitius, vt in vltimo tui examinis die, in dextera tua collocatus, cūcta deuotionis ſuæ promiſſa, ſe adimpleſſe lætetur. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Oratio.

DE v s, qui beatiſſimum Benedictum abſtractum à mundi turbinibus, tibi ſoli militare iuſſiſti: tribue quæſumus huic famulo tuo ſub eius magiſterio ad tuum ſeruitium feſtinanti: perſeuerandi inſtantiam, & perfectam vſq; in finem victoriam. Per Chriſtum.

O remus.

PRæſta domine famulo tuo renuncianti ſæcularibus pompis tuæ gratiæ ianuas aperiri, qui deſpecto diabolo confugit ſub titulum Chriſti, iube eum venientem ad te ſereno vultu ſuſcipi: ne de eo valeat inimicus triumphare: tribue ei brachium in fatigabile auxilij tui,& mentem eius fidei lorica circunda: vt pericula cuncta, & diaboli tentamenta ſe gaudeat euaſiſſe. Per eundem dominum noſtrum.

¶ Quibus completis: Pater det ei oſculum pacis, & ſic ſucceſſiue omnes fratres à Choro venientes. Poſtea ſurgens de loco illo iaceat ſuper vnū latus ante altare honeſtè ſuper pallio nigro ad hoc præparato, facie manibus, cum pedibus de cuculla coopertis poſitis duob' cereis, vno ad caput, & altero ad pedes, in ſignum vt viuet mortuus, & moriatur viuens. Completa verò poſt communione Sacerdos, ſiue Diaconus vertens ſe ad ipſum mediocri voce dicat.

Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Tunc ipſe frater ſurgat ad cōmunionem. Demum Pater benedicat eum dicens.

B ene-

Benedictio Dei Pa ✠ tris omnipotentis, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ Sãcti deſcendat ſuper te, & maneat ſemper. Amen. Poſtea aſſignetur ei locus in vltimo profeſſorum gradu.

F I N I S.

INDEX CAPITVLORVM.

DE generibus, & vita monachorum. Cap. 1. fol. 8
Qualis debeat eſſe Abbas. Cap. 2. 8
De adhibendis ad conſilium fratribus. Cap. 3. 11
Quæ ſunt inſtrumenta bonorum operum. Cap. 4. folio 12
De obedientia. Cap. 5. 13
De taciturnitate. Cap. 6. 14
De humilitate. Cap. 7. 16
De diuinis officijs in noctibus. Cap. 8. 20
Quot Pſalmi dicendi ſunt in nocturnis horis. Cap. 9. 21
Qualiter æſtatis tempore nocturna laus agatur. Cap. 10. 22
Qualiter dominicis diebus vigiliæ agantur. Cap. 11. 22
Quomodo matutinorum ſolemnitas agatur. Cap. 12. 23
Qualiter priuatis diebus matutini agantur. Cap. 13. 23
In natalitijs ſanctorum qualiter vigiliæ agantur. Cap. 14. 24
Alleluia quibus temporibus dicatur. Cap. 15. 25
Qualiter diuina opera per diem agantur. Cap. 16. 25
Quot Pſalmi per eaſdem horas dicendi ſunt. Cap. 17. 26
De ordine pſallendi. Cap. 18. 27
De diſciplina pſallendi. Cap. 19. 28
De reuerentia orationis. Cap. 20. 30
De Decanis monaſterijs. Cap. 21. 32
Quomodo dormiant monachi. Cap. 22. 33
De excommunicatione culparum. Cap. 23. 35
Qualis debeat eſſe modus excommunicationis. Cap. 24. 35
De grauioribus culpis. Cap. 25. 37
De his qui ſine iuſſione Abbatis iunguntur excommunicatis. Cap. 26. 38
Debet eſſe ſolicitus Abbas circa excommunicatos. Cap. 27. 39

De his qui ſæpius correpti non emendauerint. Cap. 28. 39
Si debeant recipi fratres exeuntes de monaſterio. Cap. 29. 41
De pueris minori ætate qualiter corripiantur. Cap. 30. 42
Qualis debeat eſſe Cellerarius Monaſterij. Cap. 31. 43
De ferramentis Monaſterij. Cap. 32. 46
Si quid debeant monachi proprium habere. Cap. 33. 48
Si omnes æqualiter debeant neceſſaria accipere. Cap. 34. 50
De Septimanarijs coquinæ. Cap. 35. 51
De infirmis fratribus. Cap. 36. 52
De ſenibus, & infantibus. Cap. 37. 54
De hebdomadario lectore. Cap. 38. 55
De menſura ciborum. Cap. 39. 56
De menſura potus. Cap. 40. 58
Quibus horis oporteat reficere fratres. Cap. 41. 59
Vt poſt Completorium nemo loquatur. Cap. 42. 60
De his qui ad opus Dei, vel ad menſam tardè occurrũt. Cap. 43. folio 61
De his qui excommunicantur, quomodo ſatisfaciant. Cap. 44. folio 63
De his qui fallunt in oratorio. Cap. 45. eod.
De his qui in aliquibus leuibus delinquunt. Cap. 46. 64
De ſignificanda hora operis Dei. Cap. 47. 65
De opere manuum quotidiano. Cap. 48. 66
De Quadrageſima obſeruatione. Cap. 49. 67
De fratribus qui longè ab oratorio laborant, aut in via ſunt. Cap. 50. 68
De fratribus qui non ſatis longè proficiſcuntur. Cap. 51. 69
De Oratorio monaſterij. Cap. 52. eod.
De hoſpitibus ſuſcipiendis. Cap. 53. 70
Si debeat monachus literas, vel eulogia ſuſcipere. Cap. 54. 72
De veſtimentis, vel calciamentis fratrum. Cap. 55. 73
De menſa Abbatis. Cap. 56. 76
De artificibus monaſterij. Cap. 57. 77
De diſciplina ſuſcipiendorum fratrum. Cap. 58. 78
De filijs nobilium, vel pauperum qui offeruntur. Cap. 59. 82
De Sacerdotibus qui voluerint in monaſterio habitare. Cap. 60. folio 83

De

De monachis peregrinis qualiter ſuſcipiantur. Cap. 61. 84
De Sacerdotibus monaſterij. Cap. 62. 85
De ordine congregationis. Cap. 63. 87
De ordinando Abbate. Cap. 64. 89
De Præpoſito Monaſterij. Cap. 65. 102
De Hoſtiario monaſterij. Cap. 66. 103
De fratribus in via directis. Cap. 67. 104
Si fratri impoſſibilia iniunguntur. Cap. 68. 106
Vt in monaſterio non præſumat alter alterū defendere. Cap. 69. folio eod.
Vt non præſumat quiſquam aliquem paſſim cedere, aut excommunicare. Cap. 70. eod.
Vt obedientes ſint ſibi inuicem fratres. Cap. 71. 108
De bono Zelo quem debent monachi habere. Cap. 72. eod.
De eo quod non omnis obſeruatio iuſtitiæ in hac ſit regula cōſtituta. Cap. 73. 109

Finis Tabulæ Capitulorum.

INDEX CONSTITVTIONVM.

A

ABBAS Generalis nouiter electus qualiter publicetur. fol. 94. num. 17.
Abbas General. & Diffinitores, quæ ordinare poſſunt. fol. 96. num. 23.
Abb. Gen. poterit pœnas vnã in aliam mutare. f. 37. n. 8
Abbatis Gen. & aliorum Prælatorum electio ad quantum tempus duret. f. 92. n. 10
Abbatis Gener. & Diffinitorum poteſtas. f. 98. à n. 4. vſq; ad n. 63.
Abbas Gener. Diffinitorum conſilio vtatur. f. 100. n. 54
Abſolutio à reſeruatis, qualiter modificetur. f. 111. n. 2. 3. 4. 5
Abſolutio petenda in Capitulo. f. 93. n. 12
Abſoluere à reſeruatis, quis poſſit. f. 99. n. 50
Actuarius eligatur Monachus, & non laicus. f. 96. n. 26
Accedere ad Capitulum quis poſſit. f. 92
Accedere ad hoſpitium quis poſſit. f. 71. n. 2
Album colorem omnes veſtiant. f. 74. n. 1
Anniuerſaria facienda in Congregatione. f. 112
Apoſtatarum pœnæ. f. 41. n. 1. 2. 3. 4. 5
Archiuarius conſtituatur. f. 46. n. 5
Arca pecuniarum duabus clauibus muniatur, & qualiter claues diſtribuantur. f. 50. n. 9
Aſperſio aquæ benedictæ poſt Completorium à Superiore fiat. f. 27. n. 4
Aufugientes requirendi, & quomodo puniendi. f. 40. n. 2
Aurei quindecim aſſignentur pro veſtitu. f. 75. n. 3

B

BAlneorum vſus quando, & quomodo concedendus. f. 54. n. 1
Bona ſtabilia locantur cum conſenſu Cap. Monaſterij. f. 45. n. 10
Bona reperta aput Monachum obeuntem cui applicanda. f. 49. n. 2

C

CAntus figuratus, & muſicalia non permittantur. f. 30. n. 8
Capitulum vbi celebrandum. f. 91. n. 2
Capitulum culparum. f. 38. n. 2
Capituli publicatio. f. 97. n. 32
Carceris loca, quæ. f. 40. n. 1
Carnibus quibus diebus veſci poſſint Monachi. f. 57. n. 2
Caſus reſeruati. f. 3. n. 1.

Cella-

Cellararij à quibus eligantur. f.44. n.1
Cellararij maioris qualitas, ibidem. n. 2
Cellararij qui ſint, & quid agant ibidem. n.4.5.6.7. & 8
Cellararij functi officio in vno Monaſterio, vnde diſcedunt reddant rationem, & cui. f.45. n.12
Cellararij quoad fieri poterit, exeant cum ſocijs, ibidem. n.13
Cellarariorum infidelium pœnæ, ibidem. n.8
Cellam alterius nullus ingrediatur, & ad propriam nullus introducatur. f.34. n.4
Cellæ quomodo erunt. f.33. n.1. & 2
Ciborum diſtributio per dies, & tempora. f.57. à nu.1. vſq; ad 7
Claues ad arcas non habeant Monachi, ibidem. n.6
Completorium cantetur quotidie. f.30. n.6
Completorium quomodo, & quando pulſandum. f. 20. n.2
Communio quibus, & quando adminiſtretur. f.87. n.8
Commeſſationes vitentur. f.100. n.57
Concionator qualis eſſe debeat. f.49. n.6
Congregandi ad Capitulum. f.92. n.10
Congregare Monachos in alio Monaſterio quis poſſit. f.99. n.51
Confeſſarij ſæcularium quales eſſe debeant. f.86. n.6
Confeſſarij nihil accipiant à pœnitentibns, ibidem. n.7
Conuentuales cum Prælatis accedant ad Capitulum. f.92. n.9
Contentiones exortæ ſtatim ſedandæ. fol.107. n.7
Conuerſi, ſeu oblati quid recitare teneantur. f.29. n.4
Conuerſis, ſeu oblatis incorrigibilibus qualis pœna infigẽda. f.40. n.4
Conuerſi non admittantur ad habitum Monachalem. f.81. n.15
Conuerſi quando ad profeſſionem admittendi, ibid. n.16
Culpa leuis, f.36. n.3. Media ibid. n.4. Grauis, ibid. n.5
Grauior, ibidem nu.6. Grauiſſima, ibidem. n.7

D

DEcani Montis Virginis officium. f.32. n.1
Quando ſuppleat vices Generalis. f.99. n.52
Decani ætas. f.98. n.36
De bonis Nouitiorum non licet diſponere. f.80. n.4
Diffinitorum electio qualiter fiat. f.95. n.18
Diffinitorum ætas. f.98. n.35
Diffinitorum, ſeu Viſitatorum poteſtas. f.98. nu.45. & f,99. nu. 47.50. 51. 53. per totum.
Diſcedere à Choro non liceat ſine licentia. f.32. n.3

Dormire extra Monaſterium quibus liceat. f. 15. n 5

E

EGredientibus de Monaſterio quid agendum. f 89. n. 7
Electio Prælatorum, & officialium. f. 90. n. 1
Electio Abbatum, & officialium. f. 95. n. 21
Eligantur Conuentuales, & qualiter. f. 91. n. 3
Equi, vel muli ad vſum emantur. f. 51. n. 1. 2. & 3
Eodem pane, potuq; omnes veſcantur. f. 76. n. 1
Eſaminatorum electio. f. 97. n. 31
Exercenda per Abbatem Gener. circa vaxallos. f. 99. n. 47
Expenſæ quomodo notentur per Cellararios. f. 48. n. 8. & 45. n. 9
Expenſæ pro mutationibus. f. 105. n. 6

F

FEſtum SS. Benedicti, & Guilelmi habeatur ſollemne. f. 24. n. 2
Feſta quibus Prælati poſſunt diſpenſare in ieiunio. f. 59. n. 2
Forma literarum, quas ferre debent Conuentuales. f. 91. n. 4
Fratrum aufugientium receptiones, & pænæ quales. f. 41. à n. 1. vſq; ad 8

G

GAbellas non ſoluentes qualiter puniantur. f. 50. n. 8
Genuflectendum ante ſanctiſſimum Sacramentum, f. 30. n. 1
Genuflectendum quando in officijs, & in alijs. f. 31. n. 2
Genuflectentem quando in Miſſa pro Defunctis. f. eod. n. 3

H

HOra refectionis tempore hiemali. f. 60. n. 3
Hora refectionis tempore Quadrageſimæ. f. 59. n. 2
Horrea duabus clauibus muniantur, & qualiter claues diſtribuantur folio 50. nu. 9
Hortatio ad nouos Sacerdotes. f. 86. n. 5
Hoſpites quis ſuſcipiat. f. 71. n. 1
Hoſpites quandiu retinentur. f. 72. n. 6

I

IN dormitorio quid agatur. f. 34. n. 7
Indignatio ſine cauſa prohibetur. f. 108. n. 1
Infirmi qualiter ſe gerant cum ſuis curatoribus, fol. 53. nu. 3. Eiſdem neceſſaria miniſtranda. f. 45. n. 11
In menſa qualis lectio habenda. f. 55. nu. 1
In mutationibus prouideatur, & quomodo. f. 76. n. 12
In profeſſione quid obſeruandum. f. 79. n. 2
Inuentaria officialium, & Prælatorum. f. 46. n. 2
Itinerantes habeant literas comendatitias. f. 42. n. 6

Iuniorum reuerentia erga ſeniores. f.89. n.6

L

LAmpas ardeat tota nocte in dormitorio. f.34. n.10
Lectio habenda ante Completorium qualis, & quanta. f.61. n.2
Lectiones habendæ in Monaſterijs. f.65. n.3.
Lectiones habendæ in Monaſterio Montis Virginis. ibid. n.4
Lectores an mittantur ad prædicandum. f.66. n.5
Lecturi legenda præuideant. f.65. n.2
Lecturus in menſa quid ſeruare debeat. f.56. n.3
Lectorum ſtramenta, quæ. f.76. n.13
Liber maior apud Prælatum ſit ſemper. f.45.
Lites locorũ egentium, Congregationis ſumptibus defendantur. f.47.
Lites terminare quis poſſit. f.99. n.49
Literæ quomodo recipiantur, vel ſcribantur. fol.72. nu.2. & f.73. nu. 3. 4. & 5.
Loca ædificanda pro infirmis. f.53. n.1
Locus Nouitiatus. f.79. n.1

M

MAgiſterio nullus gaudeat. f.19. n.1
Magiſtri Nouitiorum quales ſint. f.32. n.3
Medicus qualiter admoneatur. f.53. n.4
Mendicantes non recipiantur ad habitum noſtrum. f.84. n.2
Menſæ quis debeat deſeruire. f.52. n.1
Menſura portionum. f. 57. n.4. & f.58. n.5.6.7.
Meridiana dormitio quando. f.21. nu.1. & 2
Menecordium tantum organiſtæ concedatur. f.30. n.8
Miſſa Conuentualis quotidie cantetur. f.29. n.5
Miſſa pro Defunctis quando cantanda. ibidem, nu. eodem.
Miſſa de Domina quando cantetur. ibidem, nu. eodem.
Miſſæ nouæ vbi, & qualiter celebrentur. f.86. n.4
Modus pſallendi. f.29. n.2
Modus ſtandi in diuino officio. f.31. à nu.2. vſq; ad 8
Modus puniendi delinquentes. f.38. n.4
Modus procedendi cum deficientibus à choro. f.62. n.2.& 3
Modus circa literas ſcribendas, vel recipiendas. f.73. n.3. 4. & 5
Modus admittendi nouitios ad profeſſionem. f.80. n.10
Modus puniendi fratres delinquentes. f.97. n.36
Modus petendi, & concedendi licentias egredientibus de Monaſterio.

Monachi quomodo nuncupentur. f.89. n.5
Monachi qualiter notificent Capitulo, quæ notificare velint. f.92. n.2
Morte plectendus carceribus eſt mancipandus. f.40. n.3
Munera dari prohibetur, & quomodo. f.72. n.1
Mutationes vitentur. f.105. n.7

N

NIhil concedendum ad vſum in vita. f.48. n.1
Non ſunt reuelanda quæ intra Monaſterium à Patribus decernũtur. f.11. n.1
Noua Monaſteria qualiter erigantur. f.104. n.1
Nouitij quales, & qualiter recipiantur. f.79. n.1
Nouitij cui ſtudeant, f.80. nu.3. De eorum bonis non licet diſponere. ibidem. nu.4.
Nouitiatus tempus, ibid. nu. 5. Probatio Nouitij, ibid. n.6. Vbi comedent, ibid. nu.7. Expulſus Nouitius. ibid. n.8
Nouitiorum receptio qualiter fiat. ibid. n.9
Nouitij, & Profeſſi cui confiteantur. f.81. n.13

O

OBlatis incorrigibilibus quæ pæna infigenda. f.40. nu.4
Oblatorum receptio qualis. f.81. n.14
Oblati non diſcant literas. f.82. n.20
Oblati ſint in choro, & modus orandi illorum. f.82. n.21
Officialium eligendorum ætas, & qualitates. f. 97. nu.33. & 34. & fol. 98. nu.35. & 36.
Opera noua non poſſint imprimi abſque Capituli Generalis licentia. folio 77. nu.2.
Oratio mentalis quanta, & quando. f.69. n.2
Ordinandorum tempus ſeruandum. f.86. n.2
Ordinandi reiecti ab epiſcopis, qualiter ſe gerant. f. 86. n.3

P

PAramenta Eccleſiaſtica nõ ſunt ſecularibus accõmodanda. f.46. n.3
Pecunias quis poſſit apud ſe retinere. f. 50. n.7
Pecuniæ ſi ſupererint quomodo aſportentur. f.75. n.5
Pelliceæ quales. f.75. n.11
Pernoctare extra Monaſterium non concedatur ſine Abbatis Generalis licentia. f. 105. n.2
Percutientium pœnę. f,107. n.6
Pernoctandum ſemper in Monaſterijs vbi fuerint. f.69. n.1
Pius intuitus habendus erga adoleſcentes. f.54. n.1
Preces habendæ ante electionem Prælatorum. f.93. n.13
Practicam facere in electionibus Prælatorum prohibetur. f.112. n.6

Priuilegia, & ſcripturæ quomodo cuſtodiantur. f.46. n.5
Procurator Generalis aſſiſtens Romæ habeat equum ad vſum. f.51. n.3
Procuratoris curiæ electio qualis. f.95. n.19
Prælati alterius Monaſt.accedentes,& recedentes,quid faciãt. f.63.n.8
Prælati, & officiales Congregationis quomodo ſe inuicem præcedant in ſeſſionibus. f.88. n.1
Prælati vbi prædicare poſſunt. f.101. n.64
Prælati reuertentes à Capitulo, quæ facere debeant. f.101. n.66
Prælatus quando ſuſpendi debet. f.100. n.60
Profeſſi tenentur dicere officium de Domino,& Domina. f.29. n.4
Proceſſus formare quibus, & quando liceat. f.96. n.28

Q

QVæ animalia non ſunt nutrienda. f.15. n.1
Quadrageſima in hora tertia in Capitulo congregentur fratres. folio 26. n.1.
Qualitas panni, & veſtium quæ. f.75. n.8
Quæ obligent ad mortale. f.36. n.1
Quæ conſortia ſunt vitanda. f.38. n.1
Qui errant in choro, quomodo ſe gerant. f.64. n.1
Qui errant notabiliter coram Prælato,qualiter ſatisfaciãt. ibid. n. eod.
Qui extra obedientiam ordinantur, an miniſtrare poſſint. f.87. n.9
Qui excludantur ab electione paſſiua Conuentualium. f.91. n.3
Quibus ludi generibus ludendum. f.15. n.2
Quibus veſcendum in ſacro Monaſterio Montis Virginis de Monte. folio 57. nu.1.
Quibus diebus ſit ieiunandũ,& quibus cibis veſcendum. f.58. n.5.& 6
Quid Monachi poſſint retinere apud ſe, & ſecum aſportare. f.48. n.2
Quid faciendum cum Prælati à Capitulo peruenerint. f.49. n.3
Quid ſeruandum cum Concionatoribus. ibid. n.5
Quid agendum cum promouendis ad ordines. f.85. n.1
Quid agendum per Conuentuales. f.91. n.5
Quid agendum in Capitulo poſt preces. f.93. n.14
Quid faciendum pro fratribus defunctis. f.110. n. 2. 3. 4. & 5.
Quis poſſit ientaculum ſumere. f.52. n.2
Quis legere debeat in Refectorio. f.56. n.5
Quodlibet Monaſterium poterit habere equos ad vſum. f.51. n.2
Quoties Prælati in anno viſitare debent Cellas Monachorum, & quid inquirendum. f.49. n.4

S

SCriba Capituli, & eius officium. f.96
Scripturæ quomodo abſtrahantur, & de cuius licentia. f.47. nu.6
Scripturæ quibus tradendæ. f.97. n.29
Scrutinium quomodo fiat. f.94. n.16
Sęculares non introducantur in Choro ad cantandum. f.30. nu.7
Sæculares non comedant in menſa Monachorum. f.56. nu.8
Sæcularium perſonarum confeſſiones non audiât in Dormit. f.34. nu.9
Seniores Monaſteriorum qui ſint, & quę per ipſos agi poſſint. f.12. nu.1
Sepultura fugientium, & extra Congreg. decedentium quæ. f.42. nu.7
Sermo habendus per Abbatem Generalem ad Prælatos. f.92. n.11
Seruanda circa Sacerdotes Nouitios. f.43. nu.1
Sigilla omnia Monaſteria habeant. f.47. n.11
Sigillorum cuſtodia, & falſificantium pæna. f.48
Silentium quibus locis, & temporibus ſeruandum; & pænæ tranſgreſſorum. f.60. nu.1
Singuli ſingulas cellas habeant. f.33. nu.1
Solus Prælatus increpet, ſeù corripiat delinquentes. f.107. n.2
Studentes à quibus eximantur. f.65. nu.5
Superiores noui quomodo inſtituantur. f.98. n.39
Suſpendere quis poſſit. f.99. n.53

T

TAbella diſtinctionis horarum conſtituenda. f.20. nu.1
Tardè occurrentes ad Refectorium, & ad communia exercitia quomodo ſe gerant. f.62. n.4. & 5
Tonſura oblatorum. f.82. n.14
Tractantes res ſæcularium non ſoluendo gabellas, qualiter puniantur. folio 50. nu.8.

V

VEſperæ cantentur quotidie. f.30. nu.6
Veſtes pro dormitione quales. f.35. n.14
Veſtium menſura. f.74. n. 1. Et quæ habendæ. f.75. nu.6. Et quæ reſtituendæ. ibid. nu.7. Veſtium qualitas. ibid. nu. 8.
Viſitatores omni tempore pręcedent Prælatū loci, vbi fuerint. f.88. n.5
Viſitare Monaſteria quis debeat. f.100 n.55
Viſitanda per Viſitatores. ibid. nu. 56. & 57. Quæ inquirant. ibidem nu. 58. & 59.
Viſitatoris defectus quomodo ſuppleatur. f.101. n.62
Viſitationis tempus. ibid. nu. 63

FINIS.

Errata ſic corrige.

fol. linea

9. 2 *Permeutum lege fermentum*
10. 7 *delinqueutium delinquentium*
11.33 *vtijtatibus vtilitatibus*
13. 3 *reſpicere reſpicere.*
13.15 *nou non*
13.36 *ſaciendo faciendo*
14. 11 *ambulautes ambulantes*
15.23 *Quadageſima Quadrageſima*
18.16 *paſſus paſſus*
18. 33 *in inferinrem inferiorem*
19. 5 *habent habens*
22.29 *ſubſelijs ſubſellijs*
26. 5 *videamur videamus.*
28. 10 *coniugatur coniungatur*
30.31 *chlarimarum lachrimarum*
30.33 *protendantue protendantur*
30.33 *breuier breuietur*
32. 5 *generant gerant*
33.34 *fratrer frater*
34. 14 *prælati prælato*
35.31 *dupliciter duplicetur*
37.38 *Apoſtolici Apoſtoli*
39. 16 *propbetæ propbetæ*
39.31 *anbortationem adhortationū*
40. 5 *aufert auferte*
41.22 *Aabate Abbate*
41.36 *apoſtatanit apoſtatauit*
43.22 *habeat habeat*
44.41 *ſingnlæ ſingulæ*
47.10 *ſi ſi*
47.44 *per viſitatores, & per viſitatores.*
48. 2 *vtuntu vtuntur*
50.17 *deponantur doponatur*
51.15 *aſtiuali æſtiuali*
51.37 *ſæna ſana*
53.17 *deſputandas deputandas*
55.18 *comedexibus comedentibus*

fol. linea

62. 19 *ſemel in ſemel &*
65. 5 *omuia omnia*
65.34 *eximenentes eximentes*
66.21 *temperius temporius*
67.23 *conuocetur conuocentur*
74.25 *retributionem retributionem*
75.10 *peeunia pecunia*
75.36 *ſe ſi*
75.42 *extraſiſſe extraxiſſe*
76. 2 *analos anulos*
78 32 *ſc ſe*
78.33 *ſaciat faciat*
79. 4 *Corfundas confundas*
79.10 *omnibns omnibus*
80.12 *iilorum illorum*
80 37 *Sibi Vbi*
81. 6 *ſetuetur ſeruetur*
81.19 *fed ſed*
81.26 *mouaſterij monaſterij*
82.37 *ſimplieiter ſimpliciter*
85.20 *deeanis decanis*
89.19 *enm eum*
89.32 *ſeniori ſaniori.*
90. 5 *qunle quale*
90.13 *fragiltatem fragilitatem*
91.16 *cum eum*
91.30 *per pro*
92.22 *acqua aqua*
92.35 *monaſterium monaſteriorum*
93.46 *capirulo capitulo*
96.11 *mouacorum monacorum*
96.12 *ſeculariom ſecularium*
95.29 *qutd quid*
96.30 *ſcandalizautur ſcandalizantur*
97.45 *eligantur eligatur*
98.17 *prælt us prælatus*
100.8 *iu in*
100 35 *veſtæ veſtes*

Digitized by Google

104.37 *ocioſi ocioſi*
105.22 *omniuo omnino*
109.22 *qui quid*
110. 1 *profitentur profiteantur*
110.31 *ſuperiori ſuperior*
110.44 *illis illi*
111. 5 *incantationis incantationes*
112. 6 *priorem priorum*
112.13 *ſnmmorum ſummorum*
112.23 *per pro*

F I N I S.

Imprimatur. Hercules Vaccar. Vic. Gen. Neap.

Rutilius Gallac. Can. dep. vidit.

M. Cherub. Veronen. Auguſt. Theol. Curiæ Archiep. Neap. vidit.